

Franckesche Stiftungen zu Halle

Joachim Langens Verbesserte und Erleichterte Lateinische Grammatica mit einem paradigmatischen und dialogischen Tirocinio

Lange, Joachim

Halle, 1786

VD18 12561010

Pars Sexta De Poetica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-201561

PARS SEXTA
DE POETICA.

CAP. I

DE PROSODIA:

MEMBRUM I

DE REGVLIS GENE-
RALIBVS.

§. I. *Prosodia* inferuit poeticæ et docet syllabarum *quantitatem*: unde dependet *accentus* seu *tonus*.

§. II. Secundum *quantitatem* seu pronuntiandi moram syllaba alia est *longa*, alia *brevis*, alia *anceps* seu communis.

Not. 1. Syllaba longa dicitur *produci*, syllaba brevis *corripì*.

Not. 2. Signum seu nota syllabæ brevis est *v*, vt *pater*: longæ -, vt *mater*: communis *ũ*, vt *patrie*.

Not. 3. Duæ breues syllabæ in versibus haud raro ponuntur pro longa et vice versa.

§. III. Totius poeseos, in primis prosodiæ et omnium de quantitate regularum fundamentum est *auctoritas* seu exemplum veterum poetarum: quæ præterea vitimur, quando regulæ deficiunt vel ignorantur.

§. IV. *Quantitas* secundum auctoritatem sex modis cognoscitur: 1) *diphthongo*, 2) *positione*, 3) *vocali ante vocalem*, 4) *contractione*, 5) *accentu*, 6) *analogia*.

§. V.

§. V. Omnis diphthongus natura longa est.

Not. 1. *Præ* in compositione, sequente vocali sæpe corripitur; quod etiam diphthongis interdum in fine accidit, more Græcorum: v. g.

Stipitibus duris agitur sudibusque præfistis. Virg. 7. Aen.
Insulae Ionio in magno. Virg. l. 3. v. 211.

Not. 2. Græca diphthongus et apud Latinos modo in *I* longum, modo *E* longum transit.

I longum: Nilus, idolum, Alexandria, Antiochia, idolatria, litania, politia, Nicomedia, Samaria, Darius, Basilus, Arius; græce Νεῖλος αἰδωλον, *cer.*

E longum: chorea, platea, Cytherea, Medea, Laodicea, museum, achilleus, spondeus, epicureus, aristoteles; græce χορεία, πλατεία, *cer.*

Poeta tamen ex diphthongo et interdum abiiciunt *I*, et manent *E* breue: hinc chorea, platea, *cer.*

Interdum etiam resolvitur et et mutatur in *n*, unde e ante *i* producitur; vt cythereia, elegia, græce ἐλγία.

§. VI. Positio longa est syllaba, quando vocalem proxime sequuntur duæ consonantes, aut vna duplex: vt *i* consona, *x*, *z*; siue in eadem voce, siue in fine præcedentis et initio sequentis vocis. Vt

Mons, pons, arma, rexit, gaza, maior, reicio, reiecto, peior, cuius, eius.

Not. 1. Littera *H* in metro non habet vim consonantis.

Not. 2. Vocalis ante *I* in *biugus, quadriugus*, brevis est: quia in his habetur pro simplici.

Not. 3. Muta cum liquida (siue ceteræ consonantes cum *L*, *M*, *N*, *R*) in eadem syllaba, præcedentem vocalem, si extra positionem natura brevis est, facit

incipitem, sed in soluta oratione perpetuo corripiendam;
vt *pater, patris, tenebra.*

Nox tenebras profert, Phæbus fugat inde tenebras.

Est primo similis volucris, mox vera volucris. Ouid.

Not. 4. Vocalis natura longa per mutam et liquidam non potest corripī; vt *mater, matris.*

Not. 5. Vocales, quæ extra positionem non veniunt, ex cognoscuntur *auctoritate*: suntque vel longæ, vt *ebrius*; vel communes, vt prima in *proprium, Cyclops.*

§. VII. *Vocalis* ante vocalem in eadem voce corripitur; siue simplex ea sit, siue composita seu diphthongus: vt *prius, reus, nihil, mihi, alenum, delicia, deamo.*

Not. 1. *Fio* habet *I* longum, nisi adsumat *R*; tunc enim corripitur. Vt
Omnia iam sient, fieri quæ posse negabam. Ouid, lib. 1. trist. el. 7.

Not. 2. Genitiui et dativi quintæ decl. *E* ante *I* produciunt: vt *diei, species*; præter rei, *spei, fidei*, penultima breui.

Not. 3. Genitiui in *IVS*, *I* longum in carmine faciunt commune: sed genitiuus *alius* (pro *alius*) semper produciunt; *alterius* semper corripitur.

Not. 4. Vocatiui *Cai, Pompei, Vultei* penultimam produciunt.

Not. 5. *I* consona interdum in vocalem mutatur. Vt
Pernigil in plumis Caius ecce iacet. Mart.

Not. 6. *Eheu* priorem producit: sed *obe* priorem habet communem.

Not. 7. *O* exclamandi particula ante vocalem est anceps. Vt

Osti.

Ortinam mea fors, primum quo caperat, isset. Ouid.
Te Corydon, o Alexi, trahit sua quemque voluptas. Virg.

Not. 8. In græcis græca seruat quantitas. Hinc producit *museum*, *dius*, *Eos*: *μῦσεον, διος, ἑὸς*.

Item *ancius*, *cythereius*, *priameius*, et similia. Sic *λαός* cum compositis semper *a* producit: vt *Menelaus*, *Nicolaus*.

Not. 9. In vocibus origine græcis E et I in penultima corripuntur, etiamsi more Græcorum pronuntiarī soleant cum accentu. Vt *Andreas*, *Dorotheus*, *Dorotheus*, *idea*, *sophia*, *philosophia*, *symphonia*, *prosodia*. Sic et *Maria*, *Elias*, *Zacharias*.

Sed *academia* in penultima est anœps. Græce enim scribitur *ἀκαδημία*, *ἀκαδημία*.

§. VIII. Syllaba contracta longa est: vt *nil* pro *nihil*, *mi* pro *mibi*, *cogo* pro *coago*, *tibicen* pro *tibiicen*, *genitiuus* *alius* pro *aliius*.

Not. Sæpe fit contractio intercedente syncope: vt *nil* pro *nihil*, *ni* pro *nisi*, *quis* pro *quibus*, *malo* pro *mauolo*, *biga* pro *biinga*, *quadriga* pro *quadriinga*, *nouus* pro *nouenus*, *denuus* pro *decenus*, *iunior* pro *iunuenior*, *Deum* pro *Deorum*, *Diana* pro *Deiana*. Iana apud veteres erat luna.

§. IX. Accentus cum ipsis vocibus statim vsu notandus est. Potest autem in *polyssyllabis* ex accentu tantum cognosci quantitas *penultima*. Vt

Mi in *dominus* est syllaba breuis, quia vi auctoritatis caret accentu: sed et antepenultima *de* breuis est auctoritate, nisi accentum præ se ferat.

Item *ga* in *legare* est syllaba longa, quia habet accentum; sed etiam antepenultima longa est, etsi accentum tam clare non præ se ferat.

Not. Vocatiui nominum in *IVS* quantitatem penultimæ etiam in versu retinent talem, qualis erat nominatiui: vt *Mercurius, Virgilius*; in vocatiuo *Mercuri, Virgili*.

Diuidicatio quantitatis ex *accentu* tantum locum habet in polysyllabis: seu in vocibus, quæ ad minimum habent *tres syllabas*. Polysyllabum autem si nondum est, sæpe fieri potest per *compositionem*. Vt *scri* in *scribo* est syllaba longa, quia dicimus *inscribo*: *li* in *ligo* est syllaba brevis, quia dicimus *adligo*: *mo* in *monet* est syllaba brevis, quia dicimus *admonet*. Sic *su* in *super* est syllaba brevis: quia dicimus *insuper, desuper*.

Hic etiam locum habet *deminutio*. Vt *mi* in *hominibus* est syllaba brevis, dicimus enim *homini*: *e* in *docuerimus* est brevis, quia dico *docuerim*.

§. X. Accentui inseruit ideoque addenda est *analogia derivationis, declinationis et coniugationis*. Vt.

Media in *loquela* est longa, ad analogiam vocis *tutela*: Corpus, corporis, corpori: ergo et pecus, pecoris, pecori. Amo, amabam, amarem: ergo et clamo, clamabam, clamarem.

Not. 1. *Do, das, da* longa sunt: in ceteris syllaba *da* ex verbo *do* et eius compositis brevis est. Vt *dabam, dabo, dato, date, darem, dare, datum*. Sic *circumdabam, circumdabo*.

Not. 2. *V* in præsentii verborum ubique corripitur: vt *sumus, quæsumus, volumus, nolumus*.

Not. 3. Personæ *imus et itis*, ubique in penultima corripuntur: excepto præsentii quartæ coniugationis: quorum pertinent hæc, *simus, sitis; velimus, velitis; nolumus, nolitis*.

MEM.

MEMBRUM II

DE REGVLIS SPECIALIBVS

PRIMARVM ET MEDIARVM
SYLLABARVM.

§. I. *Deriuata* retinent quantitatem thematis seu primitiui sui. Vt

Legi primam producit: fic et *legeram, legerim, cetera.*

Lego primam corripit: fic et *legebam, legam, cetera.*

Dominus primam corripit: fic et *dominor, dominator, cetera.*

Fauces: suffoco Virgineus, a virginis.

Hæc dicuntur natura longa et breuiæ.

Not. 1. Contra naturam primitiuorum produciuntur:

Ferix, a ferendis victimis.

Humanus, ab homo.

Iugerum, iugis a iugum.

Laterna, a lateo.

Lex, legis, a lego.

Macero, a macer.

Nitella, a niteo.

Penuria, a penus.

Rex, regis, regula, a rego.

Secius, a secus.

Sedes, a sedeo.

Tegula, a tego.

Totus, a tot.

Tragula, a traho.

Vis, vires, a vir.

Vomer, a vomo.

Vox, vocis, vocola, vocalis,

a voco.

Not. 2. Contra naturam primitiuorum corripuntur

Arista, ab areo.

Bubulcus, a bubus.

Dicax, a dico.

Ditio, a dis, ditis.

Dux, ducis, a duco.

Fragor, fragilis, fragosus;
a frango.

Glomero, a glomus.

Y s

Lu:

Lucerna, a luceo.	Puillus, a <i>pusso</i> .
Molestus, a moles.	Sagax, a <i>sagio</i> .
Nato, a <i>no, nas, nare</i> .	Sopor, a <i>sopio</i> .
Odium, ab <i>odi</i> .	Varicosus, a <i>varia</i> .
Pacificor, a <i>pax, pacis</i> .	Vitium, a <i>vito</i> .

Sta in *statuo, status, statio, stabilis, stabulum*, a *statum* corripitur: sed in *staturus, stator, stamen* produ-
citur.

Sic *fi* in *fides, fidelis, fideliter, perfidus, perfidia* corrip-
tur: sed in *fido, fidus, infidus, fiducia* producitur.

Supinum *ambitus* et participium *ambitus* producant:
sed nomina *ambitus* et *ambizio* illud corripiunt.

§. II. Composita retinent quantitatem simpli-
cium. Vt

Voco auoco - vv Quare - - Prodes - v

Lego: hinc colligo, eligo cetera.

Not. 1. Sequentia a longis orta corripiuntur:
Deiero, peiero a *iuro*; *innubus, pronubus* a *nubo*; *ma-
ledicus, causidicus, fatidicus*, a *dico*; *nihilum, ex ne
et hilum*; *agnitum, cognitum, ex notum*; *semisopitus,
o sopitus*.

Connubium a *nubo* secundam habet communem.

Not. 2. Si prior compositionis pars in A et O de-
finit, A et O producuntur. Vt

*Auoco, contradico, trado, trano, quare, quapropter,
quacunque, quatenus, quandoque, quandocumque, alio-
qui, utrobique, introducere, retrouersus, controuer-
sus.*

Sed breuia sunt: *hodie, quandoquidem, omitto, ope-
rio, sacrosanctus.*

In Græcis, ubi o micron est, o corripitur. Vt

*Argonautæ, bibliopola, chirographum, æconomus, prophæ-
ta, prologus.*

Not. 3.

Not. 3. *Præpositiones* in consonantem exeuntes corripuntur, nisi positio obstat: vt *ineo, subeo, cisalpinus.*

Not. 4. *Præpositiones monosyllabicae* in vocalem exeuntes producuntur: vt *depono, eueho, profero, praeful, diiudico, sciungo, vesanus, v. cors.* Sed

1) *RE* in compositis breue est: sed in *reiciis et reiecto*, interdum etiam in *refert* producitur.

2) *DI* in *dirimo et disertus* corripitur: in aliis producitur.

3) *PRO* in sequentibus breue est: *procello, procella, profanus, profano, profecto, profestus, proficiscor, profiteor, profugus, profundus, prohibeo, pronepos, proteruius.*

4) *PRO* est anceps in his sex verbis: *procumbo, procurro, profundo, propago, propello, propulso.*

Not. 5. I producunt composita ex dies: vt *biduum, triduum, pridie, postridie, meridies.*

Idem masculinum est longum, neutrum vero breue. Vt

Per quod quis peccat, per idem punitur et idem.

Nil prodest, quod non laedere possit idem.

§. III. *Præterita et supina disyllaba habent priores longas*, nisi sit vocalis ante vocalem: vt *video, vidi, visum; sto, statum.*

Not. 1. Excipiuntur vna cum compositis suis *sex præterita et nouem supina*, in priori correpta: quæ sunt *uuli, dedi, steti, bibi, scidi, fidi; et datum, ratum, satum, itum, litum, citum, quitum, situm, rutum, a do, reor, sero, eo, lino, cieo, queo, sino, ruo.*

Not. 2. Tria hæc præterita, quæ a longis veniunt, primam corripunt: vt *gigno, genui; possum, potui; pono, posui.*

§. IV. *Reduplicatio præteriti geminati trisyllabi breuis est*, vna cum media sequente, nisi positio obstat: vt *disco, didici; cado, cecidi; tundo, tundi; pungo, pupugi.* Excipe *cado, cecidi; pedo, pepedi*: ob penultimam naturam longam.

Vid. *Priscian. l. 9 de præf. pers.*

§. VI

§. V. Præterita polysyllaba in *VI* et *SI*, nec non supina polysyllaba cum participiis inde formatis penultimam producant: ut *quæro*, *quæsiui*, *quæsitum*; *peto*, *petiui*, *petitum*; *diuido*, *diuisi*, *diuisum*.

Not. Supina in *itum*, quæ non ab *ini* veniunt, penultimam corripunt: ut *noceo*, *nocui*, *nocitum*. Vid. p. 310.

§. VI. I ante *v* producitur: ut *diues*, *diuus*, *riuus*, *uiu*, *lixiuia*, *furtiuus*, *gradiuus*.

Exc. Breuia sunt: *nix*, *niuis*, *rediuuius v v - v*, *biuium*, *triuuium*. *Vbiuis* anceps est.

§. VII. Adiectiua in *INVS* I producant; præferim ea, quæ a nominibus animalium descendunt: ut *anserinus*, *asininus*, *equinus*, *leoninus*, *lupinus*, cetera. Huc refer: *matutinus*, *vespertinus*, *adulterinus*, *clandestinus*, *figulinus*, *marinus*, *Alpinus*, cetera.

Sed quæ materiam significant et a nominibus rerum inanimatarum descendunt, I corripunt: ut *adamantinus*, *amygdalinus*, *papyrinus*, *cedrinus*, *coccinus*, *crocinus*, *crystallinus*, *cupressinus*, *oleaginus*, cetera. Huc refer: *crastinus*, *serotinus*, *diutinus*, *pristinus*, cetera.

§. VIII. Patronymica masculina in *ADES* et *IDES* penultimam habent breuem, ut *Aeneades*, *Priamides*; longam autem feminina in *INE* et *ONE*, ut *Nerine*, *Acrisone*.

Sed longa est penultima in *Atrides*, *Pelides* et reliquis a nominibus in *eus*: et ob antepenultimam longam etiam in *Belides*, *Lycurgides*, *Amphiarades* et similibus.

§. IX. Deriuatiua in *OCINIVM* corripunt *CI*: ut *patrocinium*, *virocinium*.

§. X.

§. X. Definentia in *VRIVS*, *VRIA* et *VRIO*, tam nomina, quam verba meditatiua u corripiunt: vt *Mercurius*, *luxuria*, *centuria*, *decuria*, *centurio*, *esurio*, *parturio*, *canaturio*, cetera.

Not. 1. In *penuria*, *curia*, *iniuria* est u longum.

Not. 2. Nomina græca in *VLVS* propter diphthongum *eu*, habent u longum: vt *Aristobulus*, *Thrasibulus*. Sed latina habent u breue: vt *figulus*.

§. X. *Peregrina* libera sunt: solent tamen sæpe secundum scriptionem græcam, si quam habent, diiudicari.

MEMBRUM III DE REGVLIS SPECIALISSIMIS

VLTIMARVM SYLLABARVM.

§. I. Definentia in *A*, *E*, *r*, *IS*, *IS*, *VS*; nec non in *B*, *D*, *T*, *L*, *M*, *N*, *R* corripiuntur: vt *mensa*, *cubile*, *moly*, *chelys*, *ignis*, *annus*, *ab*, *ad*, *at*, *caput*, *animal*, *nomen*, *pater*.

Not. *M* breue in compositione tantum cognoscitur et quidem sequente vocali, vt in *circumago*, *circumeco*.

EXCEPTIONES.

1. *Producuntur in A*

1) *Indeclinabilia*: vt *antea*, *contra*, *triginta*.

Sed *cia*, *ita*, *quia*, *postea* semper, et *numeralia* interdum etiam breuia sunt.

2) *Vocatiui primæ declinationis a nominibus in AS*: vt *Aenea*, *Satana*.

3) *Ablatiui primæ declinationis*: vt *mensa*, *Aensa*.

4) *Imperatiui primæ coniugationis*: vt *ama*.

2. *Pro*

2. *Producuntur in E*

- 1) Ablatiui quintæ declinationis: vt *die, re, fide*.
Sic et composita *hodie, pridie, postridie, quare*. Hæc refer *fame*.
- 2) Imperatiui singularis numeri in secunda coniugatione: vt *doce*. Sed *caue*, nec non composita *vide-
ris* et *aledico* sæpe corripuntur.
- 3) Aduerbia in E facta ex nominibus secundæ declinationis: vt *docte, valde, belle, optime*. Sed *bene* et *male* breuia sunt.
Ferre et *ohē* producuntur: *ferre* autem ultimam habet ancipitem.
- 4) Græca in E primæ declinationis, vt *epitome*:
Item pluralia *mele, tempe, cete*.

3. *Producuntur in IS*

- 1) Datiui et ablatiui: vt *mensis, seruis, nobis, vobis*.
- 2) Nomina *lis, glis, dis, vis*: nec non declinata per *inis, itis* et *entis*; vt *Salamis, salaminis; Samnis, samnitis; Simois, simœntis*.
- 3) Secunda persona singularis præsentis indicatiui verborum quartæ coniugationis: vt *audis, abis*.
- 4) *Vis, sis, vlis*, cum compositis: vt *quamuis, quid-
uis, adsis, possis, malis, nolis*. Item aduerbia *gratis* et *foris*,
ris, vltima futuri coniunctiui est anceps: vt *dixeris*.

4. *Producuntur in VS*

- 1) Nomina tertiæ declinationis, quæ u in genitiuo retinent: vt *tellus, uris*. Sed *Ligus, uris* (*Liguria incola*) *pecus, udis, intercus, utis* breuia sunt.
- 2) Genitiuus singularis, nominatiuus, eccusatiuus et vocatiuus pluralis nominum quartæ declinationis: vt *fructus*.
- 3) Græca in VS: vt *Iesus, Panthus, tripus, Melampus*.
Sed *polypus* ultimam corripit.

4) *Pro*

5. Producentur

1) Græca in ER imparisyllaba et desinentia in N:

vt

Aer, æther, character, crater, Iber, spinter, titan, delphin, cet. Huo referatur *lien*, et accusatiuus *græcus* an et en: vt *Aenean, Anchisen.*

2) Plerumque peregrina, si apud Græcos sit longa vocalis: vt *lob, Daniel, Simson*, cetera.

§. II. Desinentia in I, V, AS, ES, OS et C producentur: vt *gummi, cornu, amas, bonitas, doces, des, pares, bonos, dominos, os, oris, dic, hac, illuc.*

EXCEPTIONES.

1. Corripiuntur in I datiu et vocatiui græci; vt *Palladi, Minoi, titani, Pari, Daphni*: et plerumque etiam nisi et quasi.

Producunt tamen vltimam *Orestii, Eyladi*, quia terminatione mere latina sunt; item *Demostheni, Socrati, metamorphosi*, quia ex contractis *Δημοσθένει, Σωκράτει, μεταμορφώσεσσι* veniunt: etiam *Paridi, Thetidi, Tyndaridi*, sed vltimæ cæsurae, vt videtur.

Indifferentia sunt: *mibi, tibi, sibi, vbi et vti* cum compositis, *vbicumque, vbiniis, sicubi, sicuti, veluti*, cetera.

Sed ibidem et *vbique* longa sunt: *vtique* breue est.

2. Corripiuntur in AS per *adis* declinata: vt *ras, vadis, Pallas, Arcas, Pleias*. Item *anas, anavis*: nec non accusatiui græci tertiæ declinationis, vt *Troas, Hebeas, Arcadas, Rhetoras*.

3. Corripiuntur in ES

1) Nomina tertiæ declinationis, quæ in genitiuo crescunt penultima breui: vt *miles, seges, præses*; præter *Ceres, aries, paries, abies* et *pes* cum compositis, quæ longa sunt.

2) No-

2) Græca, quæ per *ε* scribuntur: vt *cacœthes*,
Troades, *Arcades*, *cratres*.

3) Præpositio *penes* et *es* a verbo *sum* cum compositis
tis: sed *es* ab *edo* producitur.

4. Corripiuntur in OS

1) Os, osfis, exos, compos, impos.

2) Græca, quæ per *ο* scribuntur: vt *Arctos*, *Argos*,
melos; item *Arcados*, *Thetyos* et similia.

5. Corripiuntur in Cnec et donec. Communia
autem sunt *fac* et *hic* pronomen: *hic* aduerbium est *longum*.

§. III. In O communia sunt: vt *amo*, *leo*, *duo*,
ambo, *ego*.

EXCEPTIONES.

1. Producentur

1) Dativi et ablativi: vt *seruo*. Gerundia etiam
sæpe producentur.

2) Aduerbia e nominibus orta: vt *subito*, *merito*,
multo, *quanto*. Huc refer *adeo*, *ideo*, *ultra* et ergo pro
causa.

2. Corripiuntur sæpius et melius quoque: immo,
eito, *illico*, *modo*, *dummodo*, *postmodo*, ergo pro igitur, et *cedo*
pro *dic* aut *porrige*: interdum etiam *profecto* et *vero*.

ADDITAMENTVM.

1. Monosyllaba in vocalem exeuntia producun-
tur: vt *a*, *ah*, *e*, *de*, *me*, *te*, *se*, *ne*, *o*, *pro*, *pro in-*
ueriectio, *do*, *da*.

Except. Encliticæ *que*, *ne*, *re*: et adiectiones syllabicæ, *ce*,
te, *pte*, corripiuntur.

2. Nomina monosyllaba producentur: vt *lac*,
sal, *sol*, *ren*, *splen*, *ver*, *par* cum compositis. Huc refer *quin*,
sin, *an*, *non*, *cur*.

Except. Breuia sunt: *fel*, *mel*, *vir*, *cor*, *vas*, *vadis*,
os, *oslin*.

POETI

POETICAE CAP. II
DE CARMINVM GE-
NERIBVS.

§. I. *Carmen* est concinna versuum congeries.

§. II. *Versus* est legitima vocum compositio; certo pedum modo ac numero definita. Dicitur etiam *metrum*.

§. III. *Pes* est certa syllabarum ratione quantitatis et numeri constitutio: complexus autem eiusmodi syllabarum est *regio metrica*, seu locus, quem pes quisque occupat.

§. IV. Ex pedum numero fit *scansio*, seu versus *dimensio* secundum regiones et pedes.

§. V. In dimensione obseruanda est *caesura*: quæ est decora dictionis per pedes intersectio; ita vt vltima vel penultima syllaba nouum pedem inchoet. Vnde versus, *caesura* carens, nullam habet gratiam: vt

Nuper quidam doctus cepit scribere versus.

Defectum *caesurae* habent versus tardigradi: vt

Conturbabantur Constantinopolitani

Innumerabilibus sollicitudinibus.

§. VI. Pedes vero sunt vel disyllabi, vel trisyllabi, vel tetrasyllabi.

§. VII. *Disyllabi* sunt quatuor: *spondeus* -- omnes; *trocheus* - v seruat; *pyrrhicus* v v Deus; *iambus* v - pios.

§. VIII. *Trisyllabi* sunt octo, quorum vtitiores sunt: *dactylus* - v v optima; *anapestus* v v - domino; *molossus* --- infani; *tribrachys* v v v lege re; *bacchius* v - - gubernans.

§. IX. *Tetrasyllabi* sunt sedecim, quorum vti-

Z

satio

rationes sunt: *dispondeus* - - - - concludentes; *choriambus* - v v - est requies; *proceleusmaticus* v v v v hominibus; *diiambus* v - v - feneritas.

§. X. Vltatiora carminum genera sunt *Adonicum*, *Heroicum* siue *Hexametrum*, *Elegiacum*, *Anapaesticum*, *Iambicum*, *Trochaicum*, *Phalaeicum*, *Sapphicum*, *Glyconicum*, *Choriambicum*, *Alcaicum* et *Archilochium*. Quorum vnumquodque constituitur e concinna versuum congerie.

§. XI. Versus ADONICVS est quasi exitus hexametri. Duas enim continet regiones: quarum prior exhibet *dactylum*, posterior *spondeum* vel *trochæum*. Vt

- v v | - - *Sis mihi præsens*
 - v | - v *Rebus in artis,*
 Christe redemptor.

§. XII. Versus HEXAMETER constat sex regionibus: quarum quatuor priores promiscue habent vel *dactylum* vel *spondeum*, quinta solum *dactylum*, sexta *spondeum* vel *trochæum*. Vt:

- - | - - | - - | - - | - - | - -
 - v v | - v v | - v v | - v v | - v v | - v

Illi inter sese magna vi brachia tollunt. Virg.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Id.

Not. 1. Quinta regio interdum ob scribentis adfectum habet *spondeum*, præcedente tamen *dactylo*, vnde eiusmodi versus *spondaicus* dicitur: vt

Cara Deum soboles, magnum Iouis incrementum. Virg.

Not. 2. Cauendum est, ne hexameter desinat temere in vocem monosyllabam, nisi præcedente altera monosyllaba, vt *Principibus placuisse viris non vltima laus est*: aut tetrasyllabam, vt *Augeſcunt alia gentes, alia minuentur.* Lucret.

Not. 3.

Not. 3. Genus hexametrum vocatur *heroicum*: quia illustrium virorum rebus gestis, stilo magnifico describendis, quam convenientissimum est.

§ XIII. Versus PENTAMETER, qui in genere elegiaco versui hexametro semper subiicitur, habet *quinque regiones* et diuiditur in duo *hemistichia*: quorum prius in duabus regionibus admittit vel spondeum vel dactylum, remanente syllaba longa dictionem finiente; *posterius* duos dactylos remanente syllaba longa vel breui. Quæ duæ remanentes syllabæ quintam regionem efficiunt. Formula hæc est:

- v v | - v v | - | - v v | - v v | v

Horrebant scuis omnia verba minis.

Sit bene conueniens et sine labe toga.

Not. 1. Hexameter cum pentametro venuste perfectam sententiam, saltem colon continet.

Not. 2. Neutrum hemistichium commode desinit in vocem monosyllabam, nisi præcedente alia. Vt
Magna tamen spes est in bonitate Dei.

Not. 3. Ultima pentametri vox non facile solet esse duabus syllabis longior.

§ XIV. Versus ANAPAESTICVS primis duabus regionibus admittit anapæstum vel spondeum, tertia anapæstum tantum, syllabaresidua. Vt
v v - | v v - | v v - | - *Iam mæsta quiesce querela:*

- - | - - | - - | v *Lacrimas suspendite matres:*
- - | - - | - - | *Veniant modo tempora iusta.*

§ XV. Versus IAMBICVS est, qui locis *imparibus* (1, 3, 5, 7) iambum, spondeum, rarius tribrachyn, anapæstum aut dactylum: *paribus* autem (2, 4, 6, 8) iambum aut tribrachyn recipit. No-

men habet a pede *iambo*: qui quo frequentior in hoc genere est, eo venustior est versus.

Sunt autem versus *iambici* vel *quaternarii*, qui quatuor; vel *senarii*, qui sex, vel *octonarii*, qui octo constant regionibus.

Forma iambici quaternarii, unde ceteri diiudicari possunt, hæc est:

1.	2.	3.	4.
v -	v -	v -	v -
-		-	v
Rarius			
vvv	vvv	vvv	vvv
vv-		vv-	
-vv		-vv	

*O lux beata Trinitas! O principalis unitas!
Iam sol recedit igneus: infunde lumen cordibus.*

Not. 1. In hoc genere rhythmī valde iucundi sunt.

Not. 2. Ex iambico quaternario fit versus anacreonticus, si vltima syllaba rescindatur, hoc modo:

Recessit umbra noctis: Ab arce Phæbus alta

Nonum iubar decorus Micante fundit ore.

Not. 3. Iambicus senarius dicitur *choliambicus* vel *scæzon* siue claudicans, quando in fine spondeum vel trochæum admittit, quinta regione necessario iambum requirente, vt:

Sed non videmus mantica quod in tergo est.

§. XVI. Versus **TROCHAICVS** est, qui locis *imparibus* (1, 3, 5, 7) trochæum, rarius tribrachyn *paribus* autem (2, 4, 6, 8) trochæum vel spondeum; rarius tribrachyn, anapæstum vel dactylum recipit. Nomen habet a pede trochæo: qui quo frequentior in hoc genere est, eo venustior est versus.

Sunt

Sunt autem versus trochaici non minus varii,
quam iambici: vñtatissimus tamen est *octonarius*,
regionem vltimam vna syllaba finiens. Forma
eius hæc est:

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
-v	-v	-v	-v	-v	-v	-v	-
	- -		- -		- -		v
Rari	us						
vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	
	vv -		vv -		vv -		
	- v		- vv		- vv		

Ipse iussit et creata; dixit ipse et facta sunt:
Terra, cælum, fossa ponti, trina rerum machina.

§. XVII. Versus PHALÆCIVS quinque ha-
bet regiones: quarum prima recipit spondeum, se-
cunda dactylum, reliquæ tres trochæum, vt:

- - | -vv | -v | -v | -v

Audit cuncta Deus videtque iussus,
Vitam quæ faciunt beatiorum.

Not. Hi versus a syllabarum numero vocantur *hendeca-
syllabi*.

§. XVIII. Versus SAPPHICVS quinque con-
stat regionibus, quarum prima recipit trochæum,
secunda spondeum, tertia dactylum, quarta et
quinta rursus trochæum: vt

-v | - - | -vv | -v | -v

Integer vitæ scelerisque purus.

Not. 1. Tertio cuique versui adnecti solet adonicus, qui
periodum plerumque claudit: vt

Rebus angustis animosus atque

Fortis appare; sapienter idem

Contrahes penta nimium secundo

Turgida vela. Hor.

Z 3

Not. 2.

POETICAE CAP. III
DE RELIQUA CARMINUM
 DISTRIBUTIONE ET
 APPELLATIONE.

§. I. Ratione *materiae* carmen est varium: pro-
 ut materia est vel laeta, vel tristis, vel laudativa.

§. II. Ratione *materiae laetae* carmen praecipue est
 1. *Genethliacum* seu natalicium, quod in honorem
 natalium conscribitur.

2. *Epithalamium* seu nuptiale, quo nuptiae cele-
 brantur.

3. *Propempticum* seu apobaterion, quod abeuntes
 votis bonisque ominibus prosequitur.

4. *Epinicium*, quo victoribus gratulamur.

§. III. Ratione *materiae tristici* carmen est

1. *Epicedium* seu funebre in defunctos.

2. *Epitaphium*, quod defuncti tumulo aut cippo
 inscribitur.

3. Huc accedunt *threni*, quibus euerfionem urbi-
 um aut regionum lugemus.

§. IV. Ratione *materiae laudativae* carmen dicitur

1. *Hymnus*, quo Dei laudes celebrantur.

2. *Soterion*, quo Deo pro praestita ope ac salute
 gratias agimus.

3. *Onomasticon*, quod nominis alicuius laudibus
 absolvitur.

4. *Encomiasticon*, quod aliarum rerum vel persona-
 rum laudes describit. Huc pertinet

5. *Panegyricum*, quod publice in magna frequentia
 recitatur.

§. V. Ratione *materiae mediae* ac promiscuae car-
 men est

1. *Emblema* seu *morale*, picturæ vel symbolis additum. Talia sunt *Alciati*, *Camerarii* et aliorum.
2. *Epigramma* seu carmen breue et argutum.
3. *Ode* seu carmen breue lyricum, quod olim ad lyram et chelyn canebatur.
4. *Ænigmaticum*, quod rem obscuritate quadam ingeniose inuoluit.

§. VI. *Carminis ænigmatici* rursus varia sunt genera: huc enim refertur

1. *Anagramma* seu *anagrammatismus*, quo ex vnius vel plurium vocum litteris transpositis alias erui-mus voces, easque in subiecto carmine applicamus vel explicamus: vt ex *Leopoldus*, pello duos.
2. *Eteostichon*, quod litteris numeralibus (I. V. X. L. C. D. M.) maiusculis certum annum designat.
3. *Acrostichis* seu *Acrostichon*, quod ex primis cuiusque versus litteris certas voces connectit.
4. *Palindromon*, quod antrorsum et retrorsum eodem aut prorsus alieno sensu legi potest: vt
Signa te signa, temere me tangis et angis.

In Pium I Pontificem.

*Laus tua, non tua fraus: virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.*

Retrorsum.

*Eximium decus hoc fecit te scandere rerum
Copia, non virtus: fraus tua, non tua laus.*

5. *Logogriphus*, quo diuersa ex eodem nomine significata eruuntur: vt *muscatum*.
Si caput est, currit: ventrem coniunge volabit
Adde pedes comedes: et sine ventre bibes.

6. *Echo*, quod carminis genus in fine versuum aut stropharum vltimas syllabas repetit: quæ præcedentem sententiam illustrant; aut sensum diuersum

sum

sum, vel etiam contrarium, aut prorsus inexpectatum, inferunt.

§. VII. Præterea carmen varie appellatur et quidem

1. a versuum numero, vel *distichon*, *tristichon*, *tetradistichon* cet. Vnde porro a reuersione vocatur vel *distrophon*, *tristrophon*, *tetrasrophon*: quum post secundum, vel tertium aut quartum versum reuertimur aut potius conuertimur ad nouæ strophæ initium. Huc refer versus *intercalares*, qui post aliquot versus inserti repetuntur: vt *Incipe Manalios mecum mea tibia versus*. Virg. ecl. 8, v. 21.
2. a forma seu compositione, vel *monocolon*, quod constat ex vno genere carminis: vel *dicolon*, quando duo carminum genera miscentur, vt hexametrum cum pentametro: vel *tricolon*, quum tria miscentur.

§. VIII. Tandem carmen est vel *exegeticum* vel *dramaticum*.

Exegeticum constat simplici et directa narratione: et rursus distingui potest in *didascalicum*, *ethicum*, *historicum*, *epistolicum*.

Dramaticum carmen seu *drama* sub personis fictis sine auctoris interloctione rem narrat et rursus distinguitur in *comicum*, *tragicum* et *bucolicum*. *Comicum* seu *comædia* actiones læto repræsentat exitu: *tragicum* seu *tragædia* tristi: *bucolicum* autem est pastorale, quod *ἐκλογὴ* vocatur.

§. IX. Ratione soni versus, singulatim confiderati, sunt

1. Vel *asperi et streperi*: vt (tum. Virg. *Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum*. *At tuba terribili sonitu taratantara dixit*. Enn.
2. Vel *sonori et emphatici*, qui concinna syllabarum et pedum modulatione pro dignitate et indole rei formantur, in quibus Virgilius fuit felicissimus: vt *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum*. Virg. Aen. l. 8, v. 596.

Illi inter sese magna vi brachia tollunt.

Z 5

Acve

Aere ciere viros martemque accendere cantu.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

2. Leonini seu rhythmi, qui in medio et fine æqualiter desinant, germanice die Knüttelverse, ab adfultu puerili, qui gravem dedecet poetam. Ut

Tempore felici multi numerantur amici:

Quum fortuna perit, nullus amicus erit.

Quum canis os rodit: socium, quem diligit, odit.

POETICAE CAP. IV

DE FIGVRIS POETICIS.

§. I. *Figura poetica magna ex parte etiam vocari possunt orthographica: et respiciunt in vocibus vel defectum, vel abundantiam, vel commutationem.*

§. II. *Ad defectum referri potest*

1. *APHAERESIS*, seu ablatio litteræ vel syllabæ a principio dictionis: ut pone *metum*, pro *depone*; *temnere*, pro *contemnere*.
2. *SYNCOPE*, quæ litteram vel syllabam e medio dictionis aufert: ut *Deum* pro *Deorum*, *repostum* pro *repositum*, *dixi* pro *dixisti*.
3. *APOCOPE*, quæ aliquid in fine aufert: ut *cura peculi* pro *peculii*; *nosim* pro *nosline*?
4. *ELISIO*, cum vocalis aut diphthongus in fine dictionis cum *M* aut sine eo, a sequente vocali aut diphthongo quasi eliditur, saltem dissimulatur, ut

Non facile est (facil est) aqua commoda mente pati.

Audendum est (audend est) fortes adinuare ipse Deus.

.Nota

- 1) In concursu vocalium nulla litteræ *H* habetur ratio. Ut: *Vixque habet in nobis iam noua plaga locum.* Ouid.
- 2) quando vocalis aut diphthongus a sequente non eliditur, ista figura vocatur *hiatus metricus*: ut *Et succus pecori et lac subducitur ignis.* Virg.
3. *SYNAERESIS* seu *CRASIS*, cum duæ syllabæ in vnam contrahuntur: ut *negoti* pro *negotii*. Stat sua cuique dies. Sic *huic* pro *huic*.

Seu lento fuerint aluearia (tetrasyllabum) vimine sexto. Virg.

Sic I antealiam vocalem in I consonam mutatur: vt *omnia* disyllabum, *abieribus* tetrasyllabum.

§. III. Ad litterarum et syllabarum *redundantiam* pertinet

1. *PROSTHESIS*, quæ dictionis initio litteram vel syllabam addit: *gnatus* pro *natus*, *retuli* pro *tuli*.
2. *EPENTHESIS*, quæ dictionis medio aliquid interponit: vt *navita* pro *nauta*, *fiat* pro *fit*.
3. *DIPLASIASMVS*, seu geminatio eiusdem consonantis in dictionis medio: *reiligio* pro *religio*, *repperit*, *reliquia*, pro *reperit*, *reliquia*.
4. *PARAGOGE* seu appositio, quæ fit ad dictionis finem: vt *dicier* pro *dici*.
5. *DIAERESIS* seu diuisio unius syllabæ in duas: vt *flamina* non vlli persolvenda (pentasyllabum) *deo*.

§. IV. Ad *commutationem* refertur

1. *TMESIS*, seu sectio vnius vocis, sed compositæ, interiectis aliis: vt

Est boreas regio septem subiecta trioni. Virg.

Quo mecumque rapit tempestas deferor hospes. Hor.

2. *METATHESIS*, seu litterarum transpositio, vt *Teucere* pro *Tenecer*.
3. *SYSTOLE*, seu correptio syllabæ longæ: vt *obstupui* *feteruntque comæ* et *vox vauibus hæsit.* Virg.
4. *DIASTOLE* seu productio syllabæ brevis: vt *exerceat* *Diana choros.*

Omnia vincit amor et nos cedamus amor. Virg.

§. V. Præcedentes figuræ nituntur *licentia* poetica. Confer Rhen. grammat. p. 476 479.

§. VI. De his figuris notari possunt sequentes *versus memoriales*:

Prosthesis apponit capiti, sed *apharesis* aufert;

Syncope de medio tollit, sed *epenthesis* indit;

Aufert *apocope* finem, sed dat *paragoge*;

Dicitur e binis conflare *synæresis* vnâ;

Dicitur in binas diffare *diæresis* vnâ;

Littera si legitur transposita, *metathesis* exstat;

Compositæ vocis dissectio *tmesis* habetur.

VER.

VERSUS MEMORIALES.

Coniugia ad fines faciunt, confinia campi
 Consumunt ventres, pterus parit, egerit alius.
 Improbata cantat anus, sed ventrem deiicit anus.
 Caspide conde caput, capiuntur casibus apri.
 Armus brutorum est, humerus ratione fruendum;
 Cedo facit cessi, cecidi cado, cado cecidi.
 Clava ferit, clauus firmat, clavisque recludit.
 Fert ancilla colum, penetrat res humida colum.
 Est cutis in carne, est detracta e corpore pellis.
 Cominus ense ferit, iaculo cadit eminus ipse.
 Fructus arboribus, fruges nascuntur in agris.
 Comædi scenam, comedones quarite cenam.
 Vir comis multos comites sibi iungit amicos.
 Consortes fortuna eadem, socios labor idem;
 Vnum collegas efficit officium.
 Consolo te doctum, tibi consolo, dum tua caro.
 Sanguis inest venis, cruor est de corpore fusus.
 Deleo scripturam, cum flamma exstinguo lucernam.
 Vin, tibi dicamus, cui carmina nostra dicamus?
 Fornix est arcus, sed fornax saxa perurit.
 Pistor habet furnum, fornace hypocausta calescunt.
 Se parat, ut pariat mulier, nec pareat vili.
 Robustum fugio, fugientem saepe fugavi.
 Vir generat, mulierque parit: sed gignit uterque.
 Gustat lingua cibum, qui bene cumque sapit.
 Lacteo, lac fugo: lacto, lac præbeo nato.
 In siluis lepores, in verbis quære lepores.
 Ad flumen ripas, ad mare litus habes.
 Sulcus agri lira est, dat lira tacta sonum.
 Frontem dic capitis, frondem dic arboris esse.
 Deceptura viros pingit mala semina malas.
 Mala mali malo meruit mala maxima mundo.
 Malo tamen pulchrum malo decerpere malum.
 Gibbus terga premit, ceruicem struma molestat.
 Merx venit nummis, operantibus est data merces.

Morio

Morio moratur, quocumque sub axe *moratur*.
Mulcet equos famulus, sed vaccas rustica *mulget*.
Ales hirundo canit, nat *hirudo*, mouetur *arundo*.
Per quod quis peccat, *per idem* punitur et *idem*.
Difficilis labor hic, sub cuius pondere *labor*.
Non licet asse mihi, qui me non asse *licetur*.
Vir nothus est spurius, *notus* auster, *notus* amicus.
Opperior tardos, pannis *operitur* egenus.
Vngula de brutis, reliquorum dicitur *vnguis*.
Os, *oris* loquitur: sed *os*, *ossis* roditur ore.
Pendere vult iustus, sed non *pendere* malignas.
Pro reti et regione *plaga* est, pro verbere *plaga*.
Populus est arbor, *populus* collectio gentis.
Corpore robustum, sed dices pectore *fortem*.
Scintilla est filicis casti, caret igne *favilla*.
Ne sit securus, qui non est *tutus* ab hoste.
Sunt ætate *senes*, *veteres* vixere priores.
Quæ non sunt, *simulo*: quæ sunt, ea *disimulantur*.
Torris adhuc ardens, exstinctus *titio* fiet.
Tribula grana ferit, *tribuli* nascuntur in agris.
Prora prior, *puppis* pars vltima, at ima *carina*.
Tergum hominis dorsum est, bellua *tergus* habet.
Vallamus proprie castrum, *sepimus* ouile.
Spondet *vas* *radis*, at *vasis* *vas* continet escam.
Merx nummis *venit*, *venit* huc aliunde profectus.
Alga venit pelago, sed nascitur *plua* palude.
Qui sculpsit, *celat*: seruans abscondita *celat*.

Cognitiones.

Agnati patris, *cognati* matris habentur.
Dic *patruos* patris fratres, *amitasque* sorores.
Frater *auunculus* est, soror est *matertera* matris.
Quos generant fratres natos, dices *patrueles*;
Sed *consobrinos* dic, quos peperere sorores.
Quos soror et frater gignunt, dices *amitinos*.
Vir nata *gener* est: nurus autem femina nati.
Vxoris genitor *socer* est, *socrusque* genitrix.

Viri.

Viricus haud æquus pater est, materque *nouerca*.
 Ipse viri frater *leuir*: vxor quoque fratris
Fratria: gloriæ vxor fratris, soror atque mariti.

Aetates hominum.

Infans (5), post puer (14) ac adolescens (25), tunc iuuenis
 (35), vir (55):

Dicitur inde senex, postea decrepitus.

Quinque sensus hominum.

Gustus et olfactus, auditus, visio, tactus.
 Nos aper *auditu* præcellit, aranea *tactu*:
 Vultur *odoratu*, lynx *visu*, simia *gustu*.

Quatuor plagæ mundi.

Ortus et occasus, septentrio, meridiesque.

Quatuor venti cardinales.

Asper ab axe ruit boreas, furit eurus ab ortu,
Auster amat medium solem zephyrusque cadentem.

Duodecim ventorum nomina.

Flat *subsolanus*, *vultur* et eurus ab ortu.
Circius occasum zephyrusque fauonius adstant.
 E solis medio emergunt notus *africus*, *auster*.
 Conueniunt *aquilo*, boreas et caurus ab vrsa.

Quatuor anni tempora.

Ver, æstas, autumnus, hiems dominantur in anno.
Æstas a geminis, *autumnus* virgine surgit:
Bruma sagittifero, ver piscibus incipit esse.

Duodecim signa zodiaci.

Sunt aries, taurus, gemini, Cancer, Leo, Virgo;

Libraque, scorpius, arcitenens, caper, amphora, pisces.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

Septem planetae.

1. Saturnus ♄

3. Mars ♂

6. Mercurius ☿

4. Sol ☉

2. Iupiter ♃

5. Venus ♀

7. Luna ☾

Post *sum sum* sequitur, pallida luna subest.

Septem

Septem dies hebdomadis.

Dies Solis ☉ Sonntag. Dies Mercurii ☿ Mittwoch.
 Dies Lunæ ☾ Montag. Dies Iouis ♃ Donnerstag.
 Dies Martis ♂ Dienstag. Dies Veneris ♀ Freytag.
 Dies Saturni (sabbati) ♄ Sonnabend.

Duodecim menses anni.

1) Ianuarius, der Jenner, dierum 31. 2) Februarius, Hornung, 28 et 29. 3) Martius, März, 31. 4) Aprilis, April, 30. 5) Maius, May, 31. 6) Iunius, Brachmonat, 30. 7) Iulius, Quinilis, Heumonat, 31. 8) Augustus, Sextilis, Augustimonat, 31. 9) September, Herbstmonat, 30. 10) October, Weinmonat, 31. 11) Nouember, Wintermonat, 30. 12) December, Christmonat, 31.

Martius, Aprilis, Maius sunt tempora veris.

Iunius æstatis, post Iulius Augustusque.

Autumnus Septembri est, Octobri atque Nouembri.

Ast hiemem Decimus, Ianus, Februarius adfert.

De numero dierum cuiusque mensis.

April ter denos, Iun, Septemberque, Nouember:

Vnum plus reliqui, viginti Februus octo.

De Calandario Romano.

Prima dies mensis cuiusque est dicta calendæ.

Sex nonas Maius, October, Iulius et Mars:

Quatuor at reliqui. Dabit idus quilibet octo.

Inde dies alios omnes dic esse calendæ:

Quos retro numerans dices a mense sequenti.

1. De nominis inueniendis et explicandis.

Ex octo vel sex quæuis data summa dierum

Dematur: reliquum, quod petis, ecce dabit.

Nim den gegebenen Tag von 8 und 6 dahin:

So hast du mit dem Rest die nonas zum Gerwin.

E. G.

	E.	G.
(8)		(8)
<i>Subtr.</i> 5 Martii	<i>Summa dierum data.</i>	3 non. Mart.
<i>Inuen.</i> 3 non. Mart.	<i>Reliquum</i>	5 Mart. i. <i>Expl.</i>
(6)		(6)
2 Ian.	<i>Summa dierum data</i>	4 non. Ian.
<i>Inuen.</i> 4 non. Ian.	<i>Reliquum.</i>	2 Ian. <i>Expl.</i>

2. De idibus inueniendis et explicandis.

Ex octo aut septem geminis data summa dierum
Dematur: reliquum, quod petis, ecce dabit.

Nimm den gegebenen Tag von 16, 14 hin:

So hast du mit dem Rest die idus zum Gewinn.

	E.	G.
(16)		(16)
9 Mail.	<i>Summa dierum data</i>	7 id. Mail.
<i>Inuen.</i> 7 id. Mail.	<i>Reliquum.</i>	9 Mail.
(14)		(14)
11 Aug.	<i>Summa dierum data</i>	3 id. Aug.
<i>Inuen.</i> 3 id. Aug.	<i>Reliquum.</i>	11 Aug. <i>Expl.</i>

3. De calendis inueniendis et explicandis.

Adde dies mensi binos, et subtrahe summam

De summa: reliquum, quod petis, ecce dabit.

Nimm den gegebenen Tag von 32 (33) hin:

So hast du mit dem Rest calendas zum Gewinn.

(32) *Summa dierum Aprilis aucta.* (32)

18 April.	<i>Summa dierum data</i>	14 cal. Mail.
<i>Inuen.</i> 14 cal. Mail.	<i>Reliquum.</i>	18 Apr. <i>Expl.</i>

(33) *Summa dierum Iulii aucta.* (33)

27 Iul.	<i>Summa dierum data</i>	6 cal. Aug.
<i>Inuen.</i> 6 cal. Aug.	<i>Reliquum.</i>	27 Iul. <i>Expl.</i>

NB. Im Februario, von 30: und im Schaltjahre
von 31 Tagen.

Ca.



CALENDARIVM ROMANVM.

APRILIS habet dies 30, nonas 4.

1	Calendis Aprilis		16	Decimo sexto	
2	Quarto	(ante) nonas vel nonarum A- prilis	17	Decimo quinto	(ante) calendae vel calendarum Maii.
3	Tertio		18	Decimo quarto	
4	Pridie		19	Decimo tertio	
5	Nonis Aprilis		20	Duodecimo	
6	Octauo		21	Vndecimo	
7	Septimo		22	Decimo	
8	Sexto	(ante) idas vel iduum Apri- lis.	23	Nono	
9	Quinto		24	Octauo	
10	Quarto		25	Septimo	
11	Tertio		26	Sexto	
12	Pridie		27	Quinto	
13	Idibus Aprilis	(ante) calen- das vel ca- lendarum Maii.	28	Quarto	
14	Decimo octauo		29	Tertio	
15	Decimo septimo		30	Pridie	

MAIVS habet dies 31, nonas 6.

1	Calendis Maii.		15	Idibus Maii	
2	Sexto	(ante) nonas vel nonarum Maii.	16	Decimo septimo	(ante) calendae vel calendarum Iunii.
3	Quinto		17	Decimo sexto	
4	Quarto		18	Decimo quinto	
5	Tertio		19	Decimo quarto	
6	Pridie		20	Decimo tertio	
7	Nonis Maii		21	Duodecimo	
8	Octauo		22	Vndecimo	
9	Septimo		23	Decimo	
10	Sexto	(ante) idus vel iduum Maii.	24	Nono	
11	Quinto		25	Octauo	
12	Quarto		26	Septimo	
13	Tertio		27	Sexto	
14	Pridie		28	Quinto	
			29	Quarto	
			30	Tertio	
			31	Pridie	

Typus mensium vniuersalis.

<i>DIES Mensis.</i>	<i>Martius. Maius. Iulius. October.</i>	<i>Ianuarius. Augustus. December.</i>	<i>Aprilis. Iunius. September November.</i>	<i>Februari- us.</i>
I	Calendæ	Calendæ	Calendæ	Calendæ
II	6	4	4	4
III	5	3	3	3
IV	4	Prid. non.	Prid. non.	Prid. non.
V	3	Nonæ.	Nonæ.	Nonæ.
VI	Prid. non.	8	8	8
VII	Nonæ.	7	7	7
VIII	8	6	6	6
IX	7	5	5	5
X	6	4	4	4
XI	5	3	3	3
XII	4	Prid. id.	Prid. id.	Prid. id.
XIII	3	Idus.	Idus.	Idus.
XIV	Prid. id.	19	18	16
XV	Idus.	18	17	15
XVI	17	17	16	14
XVII	16	16	15	13
XVIII	15	15	14	12
XIX	14	14	13	11
XX	13	13	12	10
XXI	12	12	11	9
XXII	11	11	10	8
XXIII	10	10	9	7
XXIV	9	9	8	6
XXV	8	8	7	5
XXVI	7	7	6	4
XXVII	6	6	5	3
XXVIII	5	5	4	Prid. cal.
XXIX	4	4	3	
XXX	3	3	Prid. cal.	
XXXI	Prid. cal.	Prid. cal.		

Anni intercalaris Febr. sunt 29 dies et 17 ante cal. Mart.

Kurzer Anhang

I. Von der ORTHOGRAPHIA.

§. I. Die orthographia lehret, wie man soll recht schreiben. Man hat aber bey derselben vornehmlich auf die Originatio oder Herstammung eines Worts zu sehen, und sich darnach zu richten: als Audacia (nicht tia) von audax, audacis.

Diuitia (nicht cia) von diues, diuitis.

§. II. Ph, ch, th und y haben bey den Lateinischen Wörtern nicht statt; wo sie nicht können aus dem Griechischen φ, χ, θ, υ hergeleitet werden: als Bosphorus, nicht Bosphorus, græce βόσπορος.

Tropæum, nicht trophæum, græce τροπαῖον.

Sepulcrum, simulacrum ohne h, vom supino sepultum, simulatum: wie lauacrum von lauatum.

Hingegen schreibt man Bacchus, gr. βακχος; saccharum gr. τινναρ.

§. III. Der Griechische diphthongus ai wird Lateinisch mit æ, ei mit æ, und es mit einem i oder e geschrieben: als diæta, gr. διαίτα; Mæcenas, gr. μακρίνας; mæchus, gr. μοιχος; idolum, gr. εἶδωλον; museum, gr. μουσεῖον.

§. IV. Die letzten Buchstaben von ad, con, in, sub, ob, kann man in compositione behalten, oder propter euphoniā in den nächsten Buchstaben verwandeln. Man findet bey den Alten beydes als: Adfectus, adfideo, illustis, cet.

Affectus, asfideo, illustis, cet.

§. V. Das S wird im Anfange des Worts oder Sylbe füglich lang, und am Ende kurz geschrieben; als serpens: also auch, wenn in der mitten zwey S zusammen kommen, als dissimilis.

Aa 2

§. VI.

§. VI. Ein gedoppelt i muß nicht mit einem y oder ij geschrieben werden: als Martii, nicht Martij.

§. VII. Die Accente werden im Lateinischen füglich ausgelassen, als gesetzt. Denn gleichwie man *mensis* der Monat, und *mensis* den Tischen, *amor*, *amoris* (verbum und nomen) und unzählbare Wörter mehr ohne Unterscheidungszeichen setzt: also kann man auch die ablativos und aduerbia an sich selbst unterscheiden.

§. VIII. Der grossen oder Versalbuchstaben gebrauchet man in der Currentschrift im Anfange eines periodi; ingleichen thun es einige bey den *nominibus propriis* und *dignitatibus*; und bey den *vocalibus technicis* und Kunstwörtern: als Adamus, Berolinum, Berolinensis, Iacobus, Rex, Genus, Species, Apocope. Doch wird solches bey den *nominibus dignitarum* und *vocalibus technicis* von vielen nicht unbillig für unnöthig erachtet.

§. IX. In fremden Wörtern, so man lateinisch schreibt, soll man allein lateinische Buchstaben gebrauchen: als *psalmus* nicht *Jalmus*.

§. X. Ein *consonans*, der zwischen zweyen *vocalibus* steht, gehöret zur folgenden, nicht zur vorhergehenden Sylbe. Als a-ma-ba-mus. Di-xe-ra-tis.

§. XI. Diejenigen *consonantes*, die im Anfange eines Worts zusammengefunden werden, soll man auch in der Mitte nicht trennen: und solche sind *et*, *gn*, *mn*, *phib*, *ph*, *th*, *ps*, *pt*, *sc*, *sm*, *st*, *cer*. Darum, wenn ein Wort am Ende der Zeile muß getheilet werden, soll ich es mit Zusehung dieses Zeichens schreiben. Als do-ctus, i-gnis, o-mnis, di-phthongus,

gus, i-pse, a-ptus, pi-scis, Era-smus, pa-stor.

Not. Also wollen es die *grammatici* haben, und dabey kann man auch wohl bleiben. An sich selbst aber ist gar nicht ungereimt, wenn ich dieselben also zertheilt schreibe, wie ich sie ausspreche. Als: ab-do-men, ig-nis, om-nis, pis-cis, ves-ter, ap-tus. Siehe *scal. lib. de causis* L. C. 4.

§. XII. In den *compositis* muß ein ieder Buchstab zu der Sylbe gezogen werden, zu der er außerhalb der Composition gehöret. Als:

Ab-igo, ad-o-ro, cog-no-sco, os-tendo, pros-odia;
abs-tra-ho, anim-ad-uerto, præter-ea, inter-ea.

Ag-na-rus, ad-spër-go, cog-ni-tus, ad-u-stus.

Dis-pu-to, dis-pun-go, et-iam, sic-ut, sub-i-re.

Also auch in den Wörtern griechisches Ursprungs. Als:

A-thle-ta, cat-e-che-fis, cat-e-go-ri-a.

Chor-a-gus, dys-en-te-ri-a, ex-o-dus.

Ec-li-psis, ep-a-na-le-psis, eu-an-gel-ium.

§. XIII. In der alten Römer Schriften wird oft ein ganzes Wort durch einen einzigen grossen Buchstaben bedeutet. Als:

A. bedeutet *Aulus*, C. *Caius*, D. *Decius*, L. *Lucius*,
M. *Marcus*, P. *Publius*, Q. *Quintus*, T. *Titius*.

Desgleichen bedeutet P. C. *Patres conscripti*:
R. P. *res publica*: P. R. *populus romanus*: S. P. Q. R.
senatus populusque romanus: A. V. C. *anno urbis condita*:
Cos. *consul*: Cosl. *consules*: S. P. D. *salutem plurimam dicit*.

§. XIV. Wenn zwey vocales zusammenkommen; und doch nicht als ein diphthongus zu einer Sylbe gehören; so setzen einige über den letzten zwey Punctlein, *puncta diaretica* genant, als ær, poëta:

welches aber nicht nöthig, wenn man in der kleineren Schrift die diphthongos *a* und *æ* in einem Zuge schreibt; da sonst in der grösseren oder Römischen Schrift ein ieder vocalis besonders stehen muß, als *AE* und *OE*, nicht *Æ* und *Œ*.

II. Von den DISTINCTIONIBVS.

§. I. *Distinctiones* oder *interpunctiones* sind Zeichen, womit man im schreiben zu desto deutlicherm Verstande die Wörter und Rede recht theilet und unterscheidet. Und solcher Zeichen sind vier: *comma, colon, semicolon, punctum*.

§. II. *Comma* ist ein krummes Strichlein (,).

Colon sind zwey Punete (:).

Semicolon ist ein halbes colon (;).

Punctum stehet zu Ende eines periodi (.).

Diese vier *signa* finden sich in diesem Exempel:
Quod si nihil est tam contra naturam, quam turpitudine; nihilque tam secundum naturam, quam utilitas: certe in eadem re utilitas et turpitudine esse non potest. Cic.

§. III. *Signum interrogationis* oder ein Fragezeichen ist (?): *signum exclamationis* oder *admirationis*, wenn man sich über ein Ding verwundert oder über etwas ausruffet, ist (!).

§. IV. *Parentesis* ist, wenn man etliche Worte in eine Rede, zu der sie eigentlich nicht gehören, zwischen Häkchen einschiebet. Als:

Perdifficilis, Brure, quæstio est (quod tu mihi me ignoras) de natura deorum. Cic.

Asteriscus ist ein (*), womit man etwas merkwürdiges bezeichnet.

§. V;

S. V. Signum diuisionis ist, wenn ein Wort zu Ende nicht kann ausgeschrieben und daher muß zertheilet werden (-).

Signum oder nota apostrophæ ist, wenn ein vocalis zu Ende ausgelassen ist: als *egon*.

Signum citationis ist, welches man in margine setzet, wenn man etwas aus andern Büchern anziehet (,).

PRECATIO SCHOLASTICA MATVTINA.

GRATias tibi agimus, alme ac cælestis pater, ex animo in nomine I. su Christi, quod nocte pulsa nos rursus saluos gratiæ huius diei luci reddidisti. O pater luminum, qui e tenebris iussisti prodire lucem, concute ac penetra pectora nostra verbi ac spiritus tui efficacia: et expelle ignorantia ac errorum tenebras. Fac in nobis exoriri roscidam gratiæ tui auroram, animisque nostris inde clarissimum spiritus tui fulgorem: vt diuino pleni lumine vere ac lucide agnoscamus te patrem benignissimum, ac Dominum nostrum Iesum Christum, in Spiritu Sancto. Adesto nobis, vt prima euigilantium et vltima obdormiscentium cogitatio ac meditatio semper sit de te. Largire nobis, vt sicuti a naturali, ita etiam a spirituali somno experrecti, *ἀπελθεις* ac securitatis veterum excutiamus: haud immemores, nos, vt e lecto surgimus, ita etiam aliquando ex sepulcro excitatos ad tuum impiis tremendum et piis exoptandum tribunal esse prodituros. Indue nos vestibus Christi, filii tui vnigeniti, vestibus salutis, iustitiæ ac sanctæ innocentia. Laua nos, vt nosmet lauimus ipsos: laua et ablue nos sanguine Iesu Christi, lauacro purissimo pariter atque efficacissimo.

Tu Deus es summa maiestate verendus. Totum hoc, quod miramur, mundi systema produxisti ex nihilo: creasti et nos, quos etiam sustentas ac conseruas. Nos vero nil nisi puluis et cinis: sed a te tamen sumus creati et redempti, vt a solius tui voluntate, gratia et nutu pendeamus. In te vno omnis

A a 4

nostra

nostra requies, beatitas ac salus. Extra te ipsa etiam felicitate nihil est miserius, quiete nihil turbulentius, gaudiis nihil tristius, voluptate nihil amarulentius, diuitiis nihil fluxius atque indigentius. Nam in te nil nisi bonum: sine te nil nisi malum. Ecce ergo nos tibi totos. Ecce tibi mentem nostram: quam collustra vera fide, ac viuua tui agnitione atque sapientia. Ecce tibi cor nostrum: quod emolli, quia durum est; purga, quia peccatorum sordibus inquinatum; conuerte, quia a te est auersum; vera fide, veroque tui timore illud imbue et amore exorna. Ecce tibi totam nostram animam ac totum corpus: toti tui erimus, totus noster esto. Dona nobis ducem ac lucem, spiritum sanctum: qui nos hodie regat atque gubernet, a peccatis auertat et ad bene agendum eticaeiter impulsos ducat.

Et quia id vitae genus, quod litterarum optimarumque artium studiis sacrum est, amplexi sumus: rogamus te, Pater misericors, enixe per Dominum nostrum Iesum Christum, vt crepta nostra habeas rata nostrisque laboribus nemquam non benigne adsis; vt in solius tui nominis gloriam aliorumque hominum emolumentum quam certissime cedant.

Sumus rursus ingressi scholam, pietatis, virtutum, artium ac morum, immo et ipsius Spiritus sancti officinam. Esto ergo nobis praesto: vt coram te simus congregati in vnum; vt simus pii, industrij, alacres atque attentissimi. Deme ingenio nostro stuporem, et inde maiorem menti aciem: tolle torporem, et auge memoriae vim animaeque alacritatem. Sic non sibiobis, sed tibi studebimus soli: qui studiorum nostrorum es auctor ac moderator, fons atque finis.

Commendamus tibi etiam illos, quorum cura ac labore proficimus: nec non illos, quorum amore ac penescentia fouemur et alimur. Rege illos, qui tuum regunt populum: pascere eos, qui tuas pascunt oues. Tuam auge, serua et sanctifica ecclesiam: vt longe lateque per orbem tuum celebretur nomen, et tua adoretur maiestas. Exaudi nos, nostrisque adnue precibus per Iesum Christum, corporis, animae vitaeque nostrae supremum Dominum: cui tecum et cum Spiritu

sancto sit a nobis laus et perennis gloria in saecula
saeculorum. Amen.

TIRO.

TIROCINIVM
PARADIGMA-
TICVM
IN VSVM
DECLINATIONVM
ET
CONIVGATIONVM.

Aa 5

VSVS

VSVS DECLINATIONVM
in conuenientia adiectiui et substantiui.

Menſa rotunda. **Seruus** fidelis. **Scamnum** latum.
 Arma mea.

Pater benignus. **Mater** cara. **Nubes** obſcura. **Ouis** manſueta.
Genus nobile. **Mare** profundum. **Animal** reptile.
 Poema doctum.

Fructus gratus. **Ficus** ſecunda. **Curuum** cornu.
 Dies amœnus.

Hic vir, **hæc** mulier, **hoc** animal: ille puer, illa puella.
Mea penna eſt acuta: noſtræ pennæ ſunt acutæ.
Hæc ſchola eſt vicina: hæ ſcholæ ſunt vicinæ.
Rofa eſt flos pulcher: roſæ ſunt flores pulchri.
Pulchritudo roſarum magna eſt, immo maxima.
Hic eſt vir doctus: hæc femina eſt loquax: **hoc lignum** eſt
 durum.

Doctrina huius viri eſt magna: loquacitas huius feminæ eſt
 impia.

Vnſuiſque homo eſt mortalis ſecundum corpus ſuum.
Hic puer eſt gnauius. **Ignauia** huius pueri intolerabilis eſt.
In hoc puero eſt magna diligentia: immo eſt diligentiſſimus.

Cibus eſt gratus ori, et ſalubris corpori meo.
Hoc acetum eſt acre. **Magna** eſt acrimonia huius aceti.
Meus pater eſt lenis. **Lenitas** mei patris magna eſt.
Hæc veſtis eſt elegans: elegantia huius veſtis eſt magna.
Meus frater eſt laborioſus: labor fratris non eſt exiguus.
Veſtes patris nondum ſunt conſectæ ſeu paratæ.
Onus eſt graue: grauitas oneris non eſt parua.
Tua veſtis eſt lacerâ ac detrita, ſicut mea.
Meæ veſtes ſunt laceræ ac detritæ, ſicut tuæ.
Noſter hortus eſt valde amœnus.

Egregia eſt horti noſtri amœnitas.
Meus liber eſt nouus. **Mea auris** eſt aperta.
Mea manus eſt clauſa. **Meum corpus** eſt ægrum,

VSVS

VSVS
CONIVGATIONVM.

Formulæ cum verbo sum.

INDICATIVVS.

Præsens.

Sum discipulus, vel ego *sum* discipulus: *sum* piger, *impiger*.

Es condiscipulus, vel tu *es* condiscipulus: *es* piger.

Ego *sum* diligens, tu *es* negligens.

Meus frater *est* bonus puer; mea soror *est* bona puella.

Meum scalpellum *est* acutum. Meum atramentum *est* tenue.

Hic liber *est* meus, hæc penna *est* tua, hoc scamnum *est* nostrum.

Sumus in schola, *estis* in horto, *sunt* in templo.

Nos *sumus* in urbe, vos *estis* in agro, illi *sunt* in silva.

Nos *sumus* diligentes, vos *estis* negligentes, illi *sunt* rudes.

Nos *sumus* docti, vos *estis* indocti, illi *sunt* sapientes.

Imperfectum.

Heri non *eram* domi, non *eram* diligens.

Cur hodie non *eras* in schola, nec *eras* diligens?

Meus frater non *erat* in horto, *erat* petulans.

Nos *eramus* in templo, *eramus* attentissimi.

Nos *eramus* in horto sine strepitu.

Vos *eratis* petulantes in platea.

Illi *erant* in prandio modesti et verecundi.

Perfectum.

Heri non *fui* in templo, nec tu *fuisisti*.

Meus frater *fuit* in foro, *fuit* in taberna.

Nuper *fuimus* diligentiores, quam nunc *sumus*.

Nonne heri *fuisistis* in horto? non *fuimus*.

Fuisistis tamen in agro: *fuimus* ibi.

Hæ pennæ heri *fuērunt* tuæ, nunc *sunt* meæ.

Plus.

Plusquamperfectum.

Heri *fueram* domi: *fueram* occupatus in negotio,
 Ante octo dies *fueras* in horto cum patre.
 Hesterno die *fuerat* frater meus in templo.
 Heri *fueramus* diligentes in schola.
 Vos nuper *fueratis* pigri et immorigeri.
 Mei parentes *fuerant* heri apud tuos.

Futurum.

Posthac *ero* probior: *ero* in studiis diligentior.
 Hodie *mecum eris* in paradiso, est vox Christi,
 Doctus aliquando *erit*, qui nunc *est* diligens.
 Cras, volente Deo, *erimus* in horto.
 In posterum *eritis* diligentiores.
 Certe omnes pii *erunt* in cælo beati.

CONIUNCTIVVS;

Præsens.

Pater meus optat, vt *sem* probus et diligens;
 Rogo te, vt *sis* in concione attentus.
 Roga fratrem tuum, vt *sit* modestus.
 Deus præcipit, vt *simus* sancti et pii.
 Moneo vos, vt *sitis* probi ac modesti,
 Roga commilitones, vt *sint* attentii.

Imperfectum et perfectum.

Pater admonebat, vt *essem* Deo obediens: *cel.*
 Pater nos admonebat, vt *essemus* Deo obediens: *cel.*
 Quamuis *fuerim* attentus, iam ea oblitus sum.
 Quamuis *fuerimus* attentii, iam ea obliti sumus: *cel.*

Plusquamperfectum et futurum.

Si olim *fuissem* diligens, nunc *essem* doctus: *cel.*
 Si olim *fuissemus* diligentes, nunc *essemus* docti.
 Si *fuero* probus, cunctis *ero* gratus: *cel.*
 Si *fuerimus* probi, cunctis *erimus* grati.

IM:

IMPERATIVVS.

Mi fili, *esto* tua sorte contentus.

O vos condiscipuli, *este* diligentes et pii.

Estote misericordes, quemadmodum pater vester in caelo est, misericors.

Omnes pueri cras hora octava *sunto* in templo.

INFINITIVVS.

Audire, fratrem tuum (fratres tuos) hodie et heri *fuisse* in schola.

Spero, te posthac *futurum esse* diligentiores.

Spero, vos posthac *futuros esse* diligentiores.

Spero, *fore*, vt posthac discas libentius.

PARTIC. *Futurus* dies lunæ vobis omnibus erit *latus*;

CONIVGATIO I.

ACTIVVM.

INDICATIVVS.

Præsens.

Amo Deum, qui me creauit et conseruat.

Si non *amas* Deum, non es verus christianus;

Qui *amat* Deum, is vicissim ab ipso *amatur*.

Amamus virtutem, quia est pulcherrima.

Quia me *amatis*, vos vicissim *amabo*.

Qui Deum non *amant*, sunt miserrimi omnium.

Imperfectum.

Olim *amabam* vitia, sed nunc *amo* virtutem.

Heri *amabas* pietatem et bonos mores.

Frater meus nuper *amabat* Deum, et adhuc *amat* eum.

Amabamus matrem, quia erat pia.

Amabatis olim bonas artes, ideo docti euasistis.

Mei fratres *amabant* patrem tuum, virum bonum.

Perfectum.

Amavi te semper ob probitatem tuam.

Amauisti me semper ex animo, et in posterum *amabis*.

Nemo vestrum virtutem ymquam *amauit*.

Plur.

*Plusquamperfectum.**Amaueram te, sed tu amaueras me.**Frater meus amauerat condiscipulos suos, sed hi non amaue-
rant illum.**Amaueramus vos, sed vos non amaueratis Deum.**Laudauerant quidem virtutem, sed non amauerant.**Futurum.**Amabo Deum ex animo per totam vitam.**Amabis virtutem, simul ac agnoueris eius pretium.**Mea mater te etiam in posterum amabit.**Amabimus Deum et virtutem, quod optimum est.**Amabitis bonas artes, vt heri audiui.**Beati Deum in æternum amabunt et laudabunt.**Recitabo sententiam meam, quando Petrus eam recitabit.**Pronuntiabo hanc vocem, sicut eam reliqui pronuntiabunt.*

CONIUNCTIVVS.

*Præsens.**Rogat et rogabit me, vt amem Deum sincere.**Rogo et rogabo te, vt ames veritatem.**Rogat et rogabit fratrem, vt amet sapientiam.**Hortatur et hortabitur nos, vt amemus iustitiam.**Hortatur et hortabitur vos, vt ametis iustitiam.**Hortatur et hortabitur illos, vt ament iustitiam.**Imperfectum.**Rogabat, (rogauit, rogauerat) me pater tuus, vt amarem
Deum.**Hortabatur (hortatus est, erat) te frater tuus, vt amares
virtutem.**Dehortabatur (dehortatus est, erat) te frater tuus, ne vitia
amares.**Perfectum, plusquamperfectum et futurum.**Quamuis eum amauerim, tamen me non redamat: cet.**Quamuis eum amauerimus, tamen nos non redamat.**Amauissem hanc, si fuisset probus.*

Si

Si *amauiſſem* hunc hominem, me *redamaret*.

Vtinam Deum *amauiſſem* (es, et) ex animo : *ceſ*.

Si *amauero* (is, it) ſapientiam, ſapiens euadam (es, et).

Si *amauerimus* (itis, int) iuſtitiam, erimus (eritis, erunt) iuſti.

IMPERATIVVS.

Ama, amate, amato, amatote, amanto non ſolum amicos : ſed etiam inimicos.

Tu Deum *lauda*, et vos illum quoque *laudate*.

INFINITIVVS.

Decet chriſtianum, Deum ac pietatem *amare*.

Spero te *amare* Deum.

Audio te *amauiſſe* Deum.

Video te *amaturum eſſe* Deum.

Noui vos *amare, amauiſſe, et amatuſ* (as) eſſe virtutem.

Gerundia, ſupina, participia.

Eſt ſane tempus, immo neceſſitas *amandi* Deum.

Promptus ſum ad *amandum* Deum.

Amando reddimur amabiles et accepti.

Eo vel venio *amatum* bonas litteras.

Deus eſt *amatu* digniſſimus : id eſt, amore vel vt ametur.

Omnis puer *amans* virtutem fit probus.

Pueri pietatem *amantes* parentibus ſunt cari.

Puer *amaturus* Deum amat etiam condiscipulos ſuos.

PASSIVVM.

INDICATIVVS.

Præſens

Amor a præceptore, quando ſum probus et obediens.

Amaris ab omnibus piis, quia ipſe pius es.

Meus frater *amatur* a nemine, quia eſt improbus.

Amamur ideo a Deo, vt ipſum amemus.

Vos impii a Deo *amamini*, vt ipſum ametis.

Vitia *amantur* immo laudantur ab improbiſ.

Im-

Imperfectum.

Amabar immo laudabar heri ob diligentiam meam.
Amabaris nudius tertius ob probitatem tuam.
Amabatur meus frater olim a paucis hominibus.
 Ego et foror mea *amabamur* semper a matre.
 Vos heri non *amabamini*, quia eratis petulantes.
 Tui condiscipuli heri *amabantur* a præceptore.

Perfectum et plusquamperfectum.

Amatus sum a Deo, creatore meo, ab æterno.
Amatus es, mi frater, a parentibus nostris.
Amatus est a me frater et amata est foror.
Amati sumus ab omnibus bonis viris.
Amati estis olim, sed nunc non amamini.
Amati sunt a patre omnes probi filii.
Amati eramus ab hoc homine propter pecuniam.
Amati eratis ab omnibus propter diuitias.
Amati erant ob honestatem morum.

Futurum.

Amabor a parentibus, si fuero amabilis.
Amaberis a præceptore, si fueris amore dignus.
Amabitur tua pecunia, non tua virtus.
Amabimur a paucis ob probitatem nostram.
Amabimini non tantum a Deo, sed etiam ab omnibus plis
 hominibus: si etiam posthac eritis tam diligentes, sicuti
 adhuc fuistis.
Amabuntur tui fratres ab omnibus propter ipsorum mode-
 stiam et honestatem.
Laudabuntur omnes diligentes ob diligentiam suam.

CONIUNCTIVVS.

Præsens.

Operam dabo, vt *amer* a meo præceptore.
 Mi fili, vt *ameris*, amabilis esto,

Nescio

Nescio, an *ameris* a fratre tuo, sicut ego amor.
 Pius esto frater tuus, vt *ametur* a cunctis.
 Operam dabimus, vt *amemur* a præceptore.
 Mei filii, vt *amemini*, amabiles estote.
 Pii sunt fratres tui, vt *amentur* a cunctis.
 Aequum et iustum est, vt boni a bonis *amentur*.

Imperfectum.

Amarer hodie, si heri fuisset diligens.
 Utinam *amareris* a singulis, vti ego amor.
 Frater tuus *amaretur*, nisi amore esset indignus.
 Nos omnes *amaremur*, si amore essemus digni.
 Utinam vos omnes hodie *amaremini* ab omnibus.
 Etiam impii *amarentur*, si pii fierent.

Perfectum.

Nescio, an *amatus sim* a tuo patre.
 Dubito, an *amatus sis* a parente meo.
 Non dubito, quin *amatus sit* frater a fratre.
 Nescio, an heri *amati simus* a te.
 Dubito, an *amati sitis* a parente.
 Non dubito, quin *amati sint* fratres a fratribus.

Plusquamperfectum.

Utinam *amatus essem* a vobis ex animo.
 Nisi *amatus esses* a me, non redamares me.
 Si *amatus esset* frater meus, gauderem.
 Utinam *amati essemus* ab omnibus sincere.
 Nisi *amati essetis* a nobis, non amaretis nos.
 Si *amati essent* fratres nostri, gauderemus.
 Si *laudati essemus*, vicissim alios *laudaremus*.
 Vos *laudati essetis*, si fuissetis laude digni.
 Nisi fratres laude indigni fuissent, *laudati essent*.

Futurum.

Si *amatus fuero* a vobis, vos mutuo amabo.
 Nisi *amatus fueris* ab hoc, hunc vix amabis.
 Quando *amatus fuerit* frater meus, gaudebit.

Si *amati fuerimus* a vobis, vos vicissim amabimus.
 Nisi *amati fueritis* ab hoc, hunc vix amabitis.
 Quando *amati fuerint* fratres mei, gaudebunt.

IMPERATIVVS.

Frater dicit: *amare* a meis parentibus.
 Deus ipse quasi dicit ad nos: *amamini* a meis angelis.
Amator (ameris) a nostro præceptore: quod ego tibi non
 inuideo.
 Soror mea *amator (ametur)* a matre, vt sit posthac pro-
 bior.
Amaminor a vestro præceptore: ego facile permitto.
 Deus dicit: probi filii *amantor* a suis parentibus.

INFINITIVVS.

Spero, te *amari* ab omnibus: id est, quod ameris.
 Video et audio, vos *amari* a patre: id est, quod ame-
 mini.
 Non dubito, fratrem *amari* a te: id est, quin frater ame-
 tur.
 Video, intelligo, me *amatum esse* a te: id est, quod ama-
 tus sim.
 Audio, vos *amatos esse* a patre: id est, quod amati sitis.
 Spero, me *amatum iri* a fratre: id est, fore, vt amer.
 Spero, nos a bonis *amatum iri*: id est, fore, vt amemur.
 Spero, has litteras a vobis *amatum iri*: id est, fore, vt
 amentur.

PARTICIPIVM.

Hic puer a te *amatus*, te vicissim amabit.
 Hæc filia a matre *amata*, amabit pietatem.
 Hoc animal *amatum* infecutum est nos.
 Hi viri a nobis *amati* vobis benefecerunt.
 Deus est *amandus* omnibus christianis.
 Hæc virtus *amanda* est ob dignitatem suam.
 Verbum Dei *amandum* est ab omnibus cultoribus.
 Etiam hostes sunt *amandi* secundum Dei præceptum.

CON.

CONIUGATIO II.

ACTIVVM.

INDICATIVVS.

Doceo te, tu doces me, ille docet nos omnes.

Nos docemus vos, et vos doceris eos, qui docent omnes;

Docebam fratrem: quem tu docebas, et ille docebat.

Docebamus fratrem: sicut vos hodie docebatis eos, qui nos heri docebant.

Docui te melius, quam docuisti alios.

Docuit frater meus alios, sicut nos docuimus ipsum.

Docuistis hodie illos, qui heri docuerunt alios.

Docueram in schola, ubi tu ipse docueras.

Docuerat in loco, ubi nos nunquam docueramus.

Docueratis me, antequam vos alii docuerant.

Docebo te, qui me et fratrem nunquam docebis.

Docebit nos artem, quam nos docebimus alios.

Docebitis eos, qui posthac docebunt alios omnes.

CONIUNCTIVVS.

Si vis, ut doceam fratrem, doceas me ante: non enim noui alium, qui me doceat.

Doceamus nos inuicem: sic habebitis, quod doceatis; aut alii doceant melius.

Ego te docerem hoc: si me vicissim illud doceres, aut si frater tuus doceret vtrumque nostrum.

Vtinam nos doceremus, ac vos doceretis hos pueros: ita enim illi aliquando alios docerent.

Nescio, vtrum ego docuerim, aut tu docueris, aut frater tuus docuerit hunc hominem.

Dubito, vtrum nos docuerimus, an vos docueritis, an fratres tui docuerint hunc seruum.

Docuissē te hodie: si tu me heri docuisses, aut frater tuus docuisset.

Bb 2

Do-

Docuistis vos, aut vos *docuissetis* nos: nisi nos alii *docuissent*.

docuero te, aut tu *docueris* fratrem meum: redito.

Non dubito, quin *docuerit* ille (aut vos *docueritis*) singulos, Singuli autem *docuerint* condiscipulos suos.

IMPERATIVVS, INFINITIVVS, GERVNDIA, SUPINA, PARTICIPIA.

Dece me, immo *doceto* nos, vt iubeo.

Docete, immo *docetote* fratres vestros: hi vero *docento* alios imperitos.

Non possum *docere* alios, quia ipse nihil didici.

Video, te hunc puerum *docere*: id est, quod doceas.

Novi, patrem meum heri *docuisse* in schola pueros et nos etiam *docturum esse* in eadem.

Non habeo occasionem *docendi*, nec aptus sum ad *docendum*: *docendo* tamen ipse disco.

Præceptor, hodie *docens* discipulos, ita eos *doceat*, tamquam etiam cras eos *docturus*.

PASSIVVM.

Ita doceor hodie, et *docebor* cras, et *doctus sum* heri, vt melius *doceri* nequeam.

Doceris a fratre ita, quemadmodum heri *docebaris* a patre, qui ipse olim ab aliis *doctus est*.

Docetur frater: sicut non solum vos *docemini*, sed etiam reliqui *docentur* et omnes olim *docti sumus*.

Ego docebor in schola: sed meus frater *docebitur* domi, vbi etiam reliqui *docebuntur*.

Ibo hodie in scholam, vt ibi *docear*: sicut eo heri iui, vt *docerer*.

Nescio, an *doctus sit* hic puer in templo: *esset* autem *doctus*, si fuisset attentus.

Quando ego doctus fuero: spero, etiam te *doctum iri*, cet.

CON-

CONIUGATIO

III et IV.

Quod hodie *lego* in libro, heri iam *audiui* in schola.

Quod hodie *legis* in libro, heri iam *audiuisti* in schola.

Quod hodie *legit* in libro, heri iam *audivit* in schola.

Quod hodie *legimus* in libro, heri iam *audivimus* in schola.

Quod hodie *legitis* in libro, heri iam *audiuistis* in schola.

Quod hodie *legunt* in libro, heri iam *audiverunt* in schola.

Quod *legebam* hodie, heri iam *audiveram*.

Quod *legebas* hodie, heri iam *audiveras*: cet.

Non solum multa *legam*, sed etiam adhuc plura *audiam*.

Qui *legit et audit*: si vult sapere, attente *legat et audiat*.

Qui bene vult *legere*, nec debet male *audire*.

Nondum *audiveram* heri, meum fratrem *legisse* aut *lecturum esse* in hoc libro.

Nunc *lege* diligenter: et quando *legisti*, *audi* me *legendum*.

Legerem clara voce, si me *audire* velles.

Vtinam *legisses* hunc librum, aut *audiuisses* hanc vocem.

Quum *audiretur* campana, *legebatur* sacra scriptura.

Quæ heri non *legebantur*, hodie *lecta et audita sunt*.

Si nomen meum *lectum fuerit* de schedula, *audietur* ab omnibus.

Spero, hanc epistolam a fratre meo *lectam esse* hodie et de nouo *lectum iri* eras.

Lectio lecta placet, decies repetita placebit.

Tradidit mihi pater meus epistolam *legendam*.

Quæ *legenda sunt*, *lego*: quæ *audienda*, *audio*.

DEPONENTIA.

Hortor te, loquaris clare: et fatearis, quid frater heri locutus sit.

Hortabor heri et hortatus sum hodie fratrem tuum, ut proloqueretur clare et fateretur omnia aperte.

Quia me hortaris: fatebor et proloquar omnia.

Hortare fratrem, ut quidvis potius, quam militiam, experiatur.

For loquitur multa: sed fatetur pauca.

Experiar, an hic tur loqui et fateri velit.

Multa quidem sunt locuti, sed nihil confessi: cum eos hortabamur.

Hortabor hunc hominem, ut eloquatur et fateatur mihi omnia sua arcana.

Tuo periculo experire militiam: fateberis, me vera locutum esse.

Dehortare hunc puerum, ne loquatur tam proterue, nec fatenda reticeat: alias experietur virgam.

Qui non fateri vult scelera sua, solet experiri tormenta.

Spero, fratrem meum fassurum esse omnia, quæ locutus est.

Scio, me sapius expertum esse clementiam tuam.

VERBA ANOMALA.

Non possum ferre hoc onus: etsi velim, quod tu fers.

Meus frater mauult ire in culinam, quam in scholam.

Feram hoc onus, si potero, quod te tulisse memini.

Me oportuit ire in scholam, quum vellem manere domi.

Quando huc venis, dic, salue: quando akis, vale.

Nouerat soror mea, me nolle redire.

Ut quimus: quando, ut volumus, non licet.

Fer patienter: quod mutare nec potes, nec vis.

Hunc puerum iam ante annum nosse cepi.

Pater meus: nolo, inquiebat, nec possum perferre hanc molestiam, cet.

TI.

TIROCINII
PARS POSTERIOR
DIALOGICA,
CONTINENS
CENTVRIAM
COLLOQVIORVM.

Bb 4

DE

DECURIA

PRIMA

DE

REBUS MATUTINIS.

IOACHIMVS et CHRISTIANVS.

1. De salutatione.

I. Salve, mi Christiane. **C.** Ago gratias: tu quoque saluus sis, Ioachime. **I.** Non est, quod agas. **C.** Cur ergo litutas? **I.** Cur tu resalutas? **C.** Ex usu et vulgari consuetudine. **I.** Quid consuetudo? animum requirit salutio. **C.** Qualem vero? **I.** Meliorem tuo, hoc est, sincerum: qui, dum agit, ex adfectu agat, non ex sola consuetudine. **C.** Verum est: erravi, et agnosco errorem meum. **I.** Recte quidem: nam *erroris agnitio est dimidia emendatio.*

II. De surgendi tempore.

I. Heus! heus! Christiane, expergiscere! tempus instat eundi in scholam: audisne? **C.** Non audio. **I.** Vbi ergo habes aures? **C.** In lecto ac somno. **I.** Quid loqueris, inepte? **C.** Non ineptio, sed dormio. **I.** Ineptis sane ac argutaris vigilans de somno. **C.** Certe dormio, si non auribus, tamen oculis, immo et animo: saltem (zum wenigsten) dormire volo. **I.** Nunc autem non est tempus dormiendi, sed surgendi. **C.** Mitte me, qui fessus sum: quid me turbas? **I.** Non te mitto, nisi nidum reliqueris calefactum: nam audita est hora septima. **C.** Septima? surgam. **I.** Immo surge, Nam *aurora musis amica*, immo aurea est.

III. Aliud eiusdem argumenti.

I. Surgamus, Christiane: surgamus! **C.** Bene mones, Ioa-

Ioachime: surgam. I. Utinam ad votum apostoli Pauli! C. Quale illud est? I. *Ut euigilemus spiritu, et surgamus e lecto somnoque peccatorum.* C. Memini adhuc, quod heri in schola hac de re audiui. I. *Meminisse laudabile est, sed prestare laudabilius.* C. Prestabimus ergo. I. Utique, sed iuuante Deo: quippe qui dixit, *sine me nihil potestis, nihil valetis.*

IV. De induendis vestibus.

I. Quid stas, cesator? indue te. C. Non habeo tunicam meam. I. Vbinam eam heri reposuisti? C. Nescio. I. Male quidem, id enim scire debebas: meam vbi colloco, ibi inuenio. C. Nec meam arbitror furto esse ablatam: inueniam, quod amisum est. I. Sed vbi? nonne sub scamno aut sub fornace? C. Quid tum? sufficit inuenire. I. Non sufficit: *certus ac conueniens locus debetur vestibus.* C. Ecce, hic est tunica mea, ibi sunt calcei, illic tibialia. I. Arripe, indue, propera, non habet mora locum: statim accedet mater aut ancilla, quæ pectat capillos, primum raro, deinde denso pectine.

V. Aliud eiusdem argumenti.

I. Tenesne dicta sacra, quæ hodie recitanda sunt? C. Quænam? I. O te obliuiosum, nonne recordaris monitum præceptoris? C. Quale? non recordor. I. Ergo recitabo tibi, et quidem prius: *quotquot baptizati seu sacro baptismo Christo consecrati estis, Christum induistis.* Posterius: *induite nouum hominem, qui:* sed reliqua nondum teneo, discam autem statim. C. Discam et ego. I. Utinam vero ad votum præceptoris, immo Pauli ac ipsius Dei! C. Quorsum illud? I. Ut de induendo Christo serio cogitemus, quoties vestes induimus corpori. C. Cogitabimus sane. I. Sed serio et sincere. Certe stola iustitiæ, quam Christus donat animæ, nihil est decentius, nihil nobilius.

VI. Aliud eiusdem materiæ.

I. Quando vides aut induis vestes, quid meministi præterea, Christiane? C. Nihil memini. I. Itane es immemor hesternæ lectionis? C. Cuius? I. Sacræ, quam tractauimus in catechismo de *immagine* Dei. C. Memini, sed quid hoc ad vestes? I. Permultum, vt audiuius. C. Quomodo autem? I. Imago seu conformitas Dei data erat homini pro veste; vnde corpore incedebat nudus, sine pudore et sine incommodo; nam ornatus animi etiam nudum corpus ornat. C. Sed anne vestes nostræ hodie sunt satis commodæ? I. Commodæ quidem sunt corpori, cuius nuditatem tegunt; animum vero non ornant. C. Nunc recordor monitum præceptoris, dicentis, vestes esse signa amissæ diuinæ imaginis. I. Ergo *induamus Christum et in Christo totum virtutum habitum*: vestes autem corporis geramus non ad luxum; sed ad necessitatem.

VII. De lotione.

I. Indutus sum, Christiane: ecce paratus sum! C. Vnum vero tibi adhuc deest. I. Nihil certe: dicas velim, quodnam? C. Lotio manuum ac faciei, numquam intermittenda. I. Fateor, hanc mihi restare: sed ob defectum aquæ. C. Puteus habet satis aquæ. I. Ego vero nihil. C. Ecce Annam ancillam præsto: roga, vt hauriat, et nobis adferat, quantum satis est. I. Iam adfert: hem quantum aquæ! nimium est. C. Sed caue, ne vestes conspergas. I. Tu vero, ne peluim subuertas, vt heri: aut mantile superiori parte indecenter fœdes, vt nudius tertius. C. Cauebo, et simul os meum aqua colluam.

VIII. Aliud eiusdem materiæ.

I. Cuiusnam rei signum est lotio? C. Sordium nostrarum. I. Sed hæ variae sunt: aliæ corporis, aliæ animæ. C. Ani-

C. Animam non video, nec sordes eius cerno. **I.** Ergo cæcus es. **C.** Non cæcutio. **I.** Cæntis sane mente, et ipsa hæc cæcitas magna sordium tuarum pars est: habes ergo, quod eluas. **C.** Tunc autem iam satis mundus es? **I.** Sum utique sanguine Christi lautus, sed nihilominus continue lotionis indigus. **C.** Quæ subest causa? **I.** Quia tam multa sordes supersunt: et quotidie novæ contrahuntur in mente, non secus ac in facie et manibus. **C.** Quid ergo prodest lauari, si rursus inquinari? **I.** Permultum sane: aliud etiam est rursus inquinari delictis leuioribus, ex infirmitate commisis; aliud per peccandi propositum et consuetudinem instar suis lotæ ad volutabrum cæni redire. Vtrumque tamen, præcipue posterius, ut fideliter constanterque caueamus, sacris litteris admonemur. **C.** Bene mones: rogabo Christum, qui discipulos suos lauit, ut me quoque lauet et mundet ab omni peccato.

IX. De precibus.

I. Adesdum, Christiane: precabimur. **C.** Iam precatus sum heri et nudius tertius. **I.** Edisti etiam heri. **C.** Immo et hodie edam: iam esurio. **I.** Ergo precare etiam hodie. **C.** Precabor pro consuetudine nostra. **I.** Quid pro consuetudine? *ex animo precandum est.* **C.** Quid vero est ex animo precari? **I.** Agnoscere mentis suæ sordes, suam egestatem ac miseriam, et in hac agnitione demisse ac ardentius animum alleuare ad Deum, omnium bonorum fontem et largitorem. **C.** Ego vero te videre soleo ore orantem. **I.** Ore quidem: sed non ore solo; at lingua, animi interprete.

X. De ientaculo.

I. Profit tibi ientaculum tuum, Christiane. **C.** Et tibi tuum, mi Ioachime. **I.** Miser ego nullum habeo, et stomachus tamen latrat: poscitque, quo repleatur, si non
ex

ex toto, saltem ex parte. C. O me felicem, et te longe feliciorem! I. Sed esne bonus puer, Christiane? C. Vtique sum bonus. I. Ergo etiam esto beneficus. *Omnis enim bonus est beneficus.* C. Erga quem? I. Erga egen-tem, qualis ego nunc quoque sum. C. Commode argu-mentaris pro commodo tuo. I. Tu vero addè pondus ar-gumento meo, et felicitatis tuæ fac me participem. C. Ecce tibi partem dimidiam, præter vnum alterumque bohum. I. Gratias ago, Christiane, et quidem pro liberalitate tuæ liberales.

DECVRIA SECVND DE RE SCHOLASTICA.

POLYCARPVS et NATHANAEL.

I. De aduentu condiscipuli.

P. Salue, Nathanael. N. Ago gratias, Polycarpe: unde venis? P. Ex ædibus patris mei. N. Quid adfers? P. Me ipsum: venio missus in scholam vestram. N. Hospes ac condiscipulus noster eris gratissimus. P. Agnosco tuum erga me amorem, et laudo. N. Venisne instructus libris? P. Nullis, vt vides. N. Ergo es miles sine armis. P. Non pugnabo, sed discam. N. Immo *facilius est, edere sine orbe ac cultro, quam discere sine libro.* P. Quod nondum habeo, comparabo. Interea mihi edisere, quid tractetis in schola vestra. N. Ediseram, attende. P. Vt vis, attendo.

II. De

II. De lectionum initiis.

P. Ecquod est lectionum vestrarum initium? N. Sacrum a Deo enim capessenda sunt rerum omnium primordia, præcipue in studiis. P. Bene facitis: sed narra, quomodo? N. Primum precamur: deinde canimus: post legimus scripturam sacram, interprete præceptore. P. Precari possum, uti et legere: sed canere nondum didici. N. *vsus est magister optimus*: qui non solum verba, sed etiam numeros (Græci melodiam vocant) sensim docet.

III. De libris.

P. Quid gestas sub pallio, Nathanael? N. Libros scholasticos. P. Ostende mihi eos. N. Ecce tibi omnes et singulos. P. Hem, quantum fasciculum video! bibliothecam mihi videris portare. N. Noli mirari multitudinem: sunt tantum septem. P. Dic, quæso, singulorum nomina. N. Primus vocatur *Donatus*, secundus *vestibulum*, tertius *orbis pictus*, quartus *vocabularium*, quintus *grammatica*, sextus *tirocinium*, septimus *liber colloquiorum*. P. O librorum, immo et impenfarum nimium, sed scientiæ pagum! N. Tu vero ubi tuos habes? P. Ecce hic sunt, et quidem in vno omnes. Hæc est *grammatica* mea: huius parte prima, secunda et tertia continetur *Donatus*; quarta *Synaxis*, quinta *copia vocabulorum*, sexta *poesis*; appendix sistit *tirocinium et colloquia* in epitome. N. Non erras: quod enim fieri potest per pauca, non debet fieri per plura. Rogabo patrem meum, ut mihi eundem librum emat.

IV. De præparatione ad lectionem.

P. Quid agis, Nathanael? N. Præparo me ad lectionem instantem. P. Ad quam? N. Ad pensum, datum in
ver-

verbis discendis. P. Quomodo te pręparas? N. Discenda lego ac relego, et quidem mente attenta et voce clara. P. Siccine procedit illud negotium? N. Quidni? non autem sufficit lectio aut relectio vna: sed vel decies, immo vices ac triecies repetita. Sic sine molestia sensim proficio ac disco: sequere me, experieris. P. Optime mones, sequar consilium tuum.

V. De lectionis recitatione.

P. Recita mihi lectionem tuam, Nathanael. N. Tibine Polycarpe? quis te constituit pręceptorem meum? P. Si recusas in hoc negotio meus esse discipulus: ego tuus ero et tibi meam recitabo lectionem, vt recitatio coram pręceptore deinde sit eo expeditior. N. Recita, attendam. P. Ita attende, vt mihi hęsistanti aut erranti subseruias (ein oder jurecht helfest) N. Subseruiam.

VI. De attentione.

P. Perge, Nathanael, in exponendo colloquio: pręceptor iubet. N. Dic statim, vbi deseris: nam nescio. P. Cur non attendis? N. Cogitabam de prandio. P. O te negligentem et edacem! Vix scholam es ingressus: et iam animum habes in patinis, qui in libris esse debebat. N. Monstra quęso, monstra lectionis tuę terminum, ne vapulem. P. *Hęc vice monstrabo: sed, si ita perrexeris, te deseram, desertus autem certo vapulabis.*

VII. De negligentia.

P. Cur frater tuus fere numquam tenet lectionem suam? N. Quia est piger et negligens. P. Vnde ipsi existit ista negligentia? N. Inter alia e vitio edacitatis siue voracitatis. P. Rem acu tangis. *Nam plenus venter non studet*

audet libenter. N. Ita sane est: et frater meus pro auditate sua semper maiorem ientaculi partem captat. P. Sed anne accipit? N. Plerumque, quod cupit, capit. Interdum vero ventrem citius replet, quam oculos. P. Rem narras, bono puero indignam.

VIII. De diligentia.

P. Cur me adspicis, Nathanael? N. Miror diligentiam, P. Non est, quod mireris: facio, quod debeo; neque id, quantum satis et æquum est. N. Cur vero es tam diligens? P. Quia diligo. N. Quid aut quem diligis? P. Deum et studia: *Deum*, qui laborem nobis commendauit, immo præcepit; *studia*, in quibus præstantissimum est laborandi genus. N. Bene laboras, nec male philosopharis: laudo diligentiam tuam. P. Laudare non sufficit: sequi optimam est. Sin minus, diligentia laudatur et alget.

IX. De garrulitate et ineptiis.

P. Quid garris, garrule? quid ineptis, inepte? N. Quid ad te? P. Permulum: nam me impedis. N. Hui, diligentiam huius pueri! P. Hui, negligentiam huius garruli: N. Vtor lingua, quam mihi Deus dedit. P. Num ad garrulitatem? minime. Vehementer erras: nec vteris lingua, sed abuteris. Interrogante præceptore linguæ vsum exerce: abusum inter lectiones sepone. N. Non male iudicas, fateor. P. Iniice ergo frenum ori tuo: inprimis cum Deo sit reddenda ratio de vnoquoque verbo; non solum turpi, sed etiam inepto et otioso seu inutili.

X. De

X. De missione scholæ.

P. Quota est hora, Nathanael? N. Cur de hora percontaris? P. Auide exspecto missionem e schola, quæ datur hora vndecima. N. Vix decima audita est. P. O me miserum! N. Certe miser es, qui litteras fastidis. P. Dicamus, sonuisse vndecimam. N. Nonne te pudet mentiri? num putas falli posse Deum, ac falli debere præceptorem? P. Non mentiar, nec fallam. N. Nec suaferim tibi. Nosti enim, mendacii crimen virga vindicari.

DECVRIA TERTIA

DE

PRANDIO.

IOANNES et THEOPHILVS:

I. De reuocatione a lusu ad prandium.

I. Heus! heus! Theophile. T. Quid clamitas, mi Ioannes? I. Auoco a lusu ad prandium. T. O lætum nuntium! me habes obsequentissimum. I. Non ignoro, te libentius ire ad mensam, quam in scholam. T. Nec detrectabo in scholam ire. I. Siccine scholam habes pro iugo? iugum enim dicitur detrectari et non detrectari.

II. De præparatione ad mensam.

T. Audisne, Theophile, quid pater interroget? T. Quidnam? I. Vtrum simus parati ad preces, et bene compositi ad mensam. T. Hem! nec pexus sum, nec lotus, I. Ergo

I. Ergo propera. Est enim inedia periculum in mora. **T.** Melo peñti ac lauare, quam esurire. **I.** Ecce, hic habeo aquam & mantile! **T.** Vbi vero est peñten? **I.** Illic in fenestra. **T.** Statim me videbis paratum. **I.** Sed caue, ne obliuiscaris nasum emungere. **T.** Emungam.

III. De consecratione mensæ.

I. Oremus, Theophile. **T.** En! adsum. **I.** Vtrum corpore an animo? **T.** Vtroque. **I.** Id audio: sic enim decet hominem, qui constat animo et corpore simul. **T.** Egone, quem puerum aut Theophilum alias vocant, sum homo? **I.** Vtique es: da vero operam, vt sis *homo Theophilus*. **T.** Quid sibi vult hoc nomen? **I.** Significat Dei amantem: talem te nunc præsta in precibus. **T.** Cur vero precamur? **I.** Nescis? vt Deum habeamus in mensa propitium, et verbo eius appositos cibos consecremus.

IV. De iusculo.

I. En! quid video? **T.** Quid est, quod vides? **I.** Te ipsum: primum in patina, sed vltimum seu postremum in schola. **T.** Mitte me, vt edam. **I.** Hem! cur os tantopere torques ac retorques? **T.** Ius, quod tantum cadere videbatur, feruet. **I.** Sic dignam lnis poenam nimie auditatis tuæ. **T.** Disce meo exemplo sapere. **I.** Immo gustabo et sapiam, sed sine læsione oris ac palati. **T.** Ipse ego posthac non edam iusculum, nisi orbe exceptum aut sorbillando exploratum. Sic, quæ nocent, docent.

V. De carne elixa.

I. Quænam caro hæc est, quam vides in patina? **T.** Elixæ. **I.** De hoc non est dubium, nec quæstio: quis enim crudam carnem apponeret? dic, cuius sit generis? **T.** Est bubula. **I.** Falleris. **T.** Habet tamen speciem bubulæ. **I.** Non habet, nisi in errore oculorum tuorum. **T.** Estne veruecina aut agni? **I.** Neutra. **T.** Estne suilla aut vitulina? **I.** Alterutra.

Ce

T. Sed

T. Sed vtra? fortasse suilla? **I.** Erras: est vitulina. **T.** Et grati saporis. **I.** Vtique, inprimis fame condita.

VI. De carne asfa.

I. Gaudeamus, Theophile. **T.** Quæ subest causa? **I.** Nonne vides in culina asfam, veru adfixam et ad ignem circumactam? **T.** Video et gaudeo tecum. **I.** En! iam adfertur, et imponitur mensæ. **T.** Sed num mihi ac tibi? **I.** Spero quidem, sed non sine metu aliquo. **T.** Vnde eum concipis? **I.** Nescis? e molestia, quam matri facescimus in culina: vnde vereor, ne irascatur nobis, asfam negatura. **T.** Mitte istum metum: iam dudum oblita est. **I.** Breui experiemur.

VII. De piscibus.

I. Ecce pisces, Theophile, et quidem frixos. **T.** Cuius generis? Suntne carpioes, an perca, an lucii? **I.** Lucii. **T.** Nunc noui eos. **I.** Sed quale proverbium heri audiuius de piscibus? **T.** Mihi non venit in mentem. **I.** Ergo nec piscis veniet in stomachum tuum. **T.** Eia, dic mihi. **I.** *Magis mutus es, quam piscis.* **T.** Nunc memini: immo succurrit aliud. **I.** Quale istud est? **T.** *Tu piscem natare doces.*

VIII. De caseo et butyro.

I. Quomodo sapit ille caseus? **T.** Bene: sed saperet melius, si adderetur butyrum. **I.** Caseum edere vna cum butyro diuitum est. **T.** Nos sumus diuites. **I.** Ostende diuitias. **T.** Mea mater ipsa format caseos et conficit butyrum, quantum vult. **I.** Erras: dicere debes, quantum potest pro copia lactis. **T.** Ergo posthac contentus ero alterutro, butyro aut caseo solo. **I.** Bene facies: nam vix sicco pane digni sumus. **T.** Indigni sumus, sed Deus tamen nec indignis negare solet obsonium.

IX. De

IX. De potu.

I. Quoties bibere soles in prandio? **T.** Quoties sitio, seu ad modum sitis. **I.** Quo potus genere vteris? **T.** Optimo et maxime parabili. **I.** Ecquid illud est? **T.** Aqua. **I.** Hanc tibi soli serua; non inuideo: mihi placet cereuisia. **T.** Sed quænam? **I.** Secundaria: primaria enim tentat caput et nocet studiis; præterea sitim magis irritat, quam restinguit. **T.** Ego aquam bibere pergo, quippe quæ nec mæcet, nec accescit. **I.** Sed aqua debilitat stomachum. **T.** Falleris: consuetudo fit altera natura. **I.** Vinum tamen aqua est melius. **T.** Adde, et pretiosius, immo non raro multo nocentius. **I.** Vix crediderim. **T.** Crede mihi: plures enim pereunt vino, quam aqua. **I.** In vino tamen, secundum prouerbium, est veritas. **T.** Sed prodita, aut violata.

X. De prandii fine.

I. Esne satur, Theophile? **T.** Nondum: sed statim ero, quando consumsero meum panem butyro illitum. **I.** Ergo insta dentibus eosque exerce impigre. **T.** Quis vrget? **I.** Morum qualitas ac modestia decens. **T.** Quid illa iubet? **I.** Vt pueri surgant de mensa primi. **T.** Præstat sedere quam ante preces discurrere. **I.** Datur tertium, seu res in medio posita. **T.** Quænam illa est? **I.** Ministrare mensæ, aut parentibus aliisque honestioribus conuiuiis adhuc præstantibus. **T.** Bene mones: surgam, ministrabo. **I.** Sed moribus ad honestatem compositis: et animo, qui se digne parat ad preces.

DECURIA

QUARTA

DE

RE SCHOLASTICA

POMERIDIANA.

ANDREAS et CHRISTOPHORVS.

I. De descriptione.

A. Eamus in scholam, Christophore. **C.** Nondum est tempus discendi. **A.** Ergo necludendi: veni, pædagogus vocat. **C.** En adsum, iturus tecum et scripturus: sed tuo calamo. **A.** Habeo tantum vnicum. **C.** O me obliuiosum, qui non solum pennam, sed etiam chartam oblitus sum! **A.** Ecce esto animo: chartam tibi commodabo; nec deerit, qui commodet calamum. **C.** Agnosco amorem tuum, Andrea, grato animo. **A.** Sed caue, ne posthac quidquam rerum tuarum obliuiscaris. **C.** Cauebo.

II. Aliud eiusdem argumenti.

C. Ioannes dedit mihi pennam mutuam, sed quæ respersit chartam atramento. **A.** Porrige mihi illam: mutabo eius cuspidem aut crenam scalpello, nisi huius acies fuerit obtusa. **C.** Apta nunc esset scribendo, nisi cuspidem haberet nimis tenuem. **A.** Porrige eam iterum, mox fiet crassior. **C.** Hem! hem! facta est duriuscula et nimis crassa. **A.** Augebo crenam, et cuspidem acuam ad minutas litteras.

III. Aliud eiusdem argumenti.

A. Vbi emisisti chartam tuam, Christophore: chartam nullius

lius

Illos pretii? C. Tua non est melior. A. Est sane: non enim perluit, sicut tua; quæ fere omnes litteras transmittit, instar emporeticæ seu bibulæ. C. Sic imposuit mihi Sempronius mercator. A. Aut potius chartarius seu chartarum confector mercatori. C. Certe poenitet me emtionis meæ: qui non unam atque alteram plagulam, sed integrum emi scapum seu codicem viginti quatuor plagulas continentem.

IV. Aliud eiusdem materiæ.

A. Vbi est regula tua, Christophore? C. Non amplius scribo ad regulam. A. Ergo eam mihi da mutuam. C. Dabo, si mihi dederis parum atramenti. I. Ipse habes atramentum. C. Habeo quidem: sed est decolor, immo nimis spissum. A. Si spissum est: illud aqua dilue, dilutum penna misce. C. Factum est. A. Nunc litteras pingit munde ac eleganter. C. Malo uti atramento scriptorio seu litterario, quam sutorio. A. Caue, ne subvertas thecam arenariam aut atramentarium, nec amittas thecam calamariam.

V. De recitatione lectionis.

C. Recita lectionem tuam, Andrea. A. Nondum eam teneo. C. Ergo eam discis: quid cessas? mox enim recitanda erit, & quidem memoriter. A. Memoria mea admodum debilis est, et recusat lecta retinere. C. Erras: nam culpa non est in memoria; sed in animo tuo, qui piger est. A. Tu vero, Christophore, quomodo comprehendis ea memoriter, quæ legis? C. Subinde me excito ad discendi ardorem: et sine ulla defatigatione aut tædio lego, quæ mihi demandata sunt: totiesque attente relego, donec pensum meum sine hæsitacione recitare possum.

VI. De repetitione.

A. Repetitio est mater studiorum. C. Quis ita dixit?

Cc 3

A. Pa.

A. Pater meus. C. Num etiam pater te docet domi? A. Vtique: præcipue me excitat ad repetitionem eorum, quæ in schola audiui, legi et didici. C. Siccine tibi commendat repetitionem ista sententia, quam proferebas? A. Omnino ita est. C. Iam intelligo mentem tuam. A. Nisi ego domi repetiuissem ea, quæ heri didici: iam me præceptor deprehenderet imparatum, sicut te. C. Metuo sane, ne vapulem.

VII. De disciplina.

C. Vapulaui, Andrea: vtinam nulla esset disciplina! A. Iure castigatus es: nam qui non curat *verba*, *verbera* accipit non immerito. Certe sine *disciplina* nemo recte discit: unde nomen forsan habet a *discendo*. C. Bene mones: discam et bene me geram; ne cogar manum aut nates (sit venia verbo) ferula subicere, aut asini (qui pigrorum socius est) simulacrum sustinere seu portare. A. Prudenter ages.

VIII. De silentio.

A. Heus, Christophore! rem tibi narrabo lepidam. C. Mitte me, garrule: præceptor nobis imposuit silentium. A. Non ignoro: nec clamabimus, neque clara voce loquemur, sed admodum submisise. C. Nec submisise garriendum est. A. Quis audiet? nemo. C. Erras: Deus audit, qui ubique præsens est. A. Silebimus.

IX. De præceptoris absentia.

A. Præceptoreuocatus est: ludamus, condiscipuli! C. Tace, ludio: sin minus, ludetur in tergo tuo. A. Ecce delatorem! siccine omnia deferenda sunt ad præceptorem? C. Omnino: is enim vestri obseruationem mihi iniunxit. A. Tibine? quid te curamus? C. Ergo vos virga curabit, mentemque vestram male sanam sanabit. Quid? quod statim adierit præceptor: interea vero Deum habes præsentissimum.

X. De

X. De testimonio diligentiae.

A. Heri non accepi merendam. C. Quæ erat causa? A. Negatum diligentiae testimonium. C. Cur illud tibi negauerat præceptor? A. Quia in studiis haud fueram diligens. C. De defectus diligentiae iusta est causa merendæ negandæ. A. Id expertus sum damno meo. C. Sic quæ nocent, docent: et qui nihil meretur, nullam accipit merendam.

DECURIA QVINTA DE REBUS SACRIS.

IACOBVS et MARTINVS.

I. De scriptura sacra.

I. Quis est nouus ille liber, in quo tam attente legis, Martine? M. Est scriptura sacra, siue sacer codex. I. Hunc librum nec noui, nec habeo. M. Cares sane egregio thesauro. I. Itane hic liber thesaurus est? M. Est certe, et quidem thesaurus quouis auro præstantior. I. Cur cum habes loco thesauri? M. Quia continet verbum ac voluntatem Dei de nostra salute, imprimis æterna: vnde eam vocare soleo epistolam. I. Qualem? M. Mislam ad humanum genus. I. Si tantum est huius pretium: rogabo patrem meum, vt mihi eundem donet.

II. De creatione.

I. Quid legis, Martine? M. Historiam creationis. I. Quis est creator? M. Deus omnipotens. I. Quid creauit? M. Mundum vniuersum. I. Quomodo? M. Ex nihilo, per infinitam suam potentiam. I. Quando? M. In principio

cipio omnis temporis creauit omnia, eaque sex dierum spatio digessit atque exornauit quam sapientissime. I. Quem in finem? M. Vt manifestaret suam potentiam, bonitatem ac sapientiam.

III. Aliud eiusdem argumenti.

I. Quænam est nobilissima rerum creaturarum? M. Angelus ac homo. I. Quid est angelus? M. Spiritus. I. Quid est spiritus? M. Qui non habet corpus: ipsam vero angelorum naturam non intelligo. I. Quid ad nos angeli? M. Per multum sane. I. Quamobrem? M. Dati enim sunt nobis vt præsidēs, custodes ac comites. I. Vbi hæc audiuiſti? M. Audiui sæpe in templo, et legi in sacris litteris. Lege easdem, sic plura cognosces de angelis. I. Sequar consilium tuum.

IV. Aliud eiusdem argumenti.

I. De homine autem quid mihi narras, Martine? M. Narra tibi ipse, quia ipse homo es. I. Cur me vocas hominem? ego sum Iacobus aut, si mauis, puer. M. Etiam pueri sunt homines. I. Cur? M. Quia constant e corpore et anima immortali, vti vides. I. Corpus video, animam non video.

V. Aliud eiusdem materiæ.

I. Monstra mihi animam tuam, Martine? M. Monstro te tibi ipsi. I. Me equidem video, immo tango: sed animam meam tangere non possum. M. Anima nostra est spiritus: ideoque nec videri, nec tangi potest. I. Fortasse eam plane non habemus. M. Habemus vtique, eamque intra nosprehendimus. I. Quomodo? M. Nonne nos mouet atque animat? nonne sola anima est: quæ in te cogitat, intelligit, iudicat, desiderat atque amat? I. Iam percipio in me vim animæ. M. Immo ne loqui quidem posses sine anima.

VI. De

VI. De morte.

M. Cur fies, Iacobe? **I.** Quia soror mea mortua est. **M.** Doleo, et tecum lugeo. Sed ubi nunc est? **I.** Mortua est, vt audiuiſti. **M.** Itane plane periit? **I.** Corpus quidem video, ſed exſanguie et vitæ expers. **M.** Nunc vides, quid corpus ſit ſine anima. **I.** Video: ſed ubi anima ſororis meæ ſit, neſcio. **M.** Fuitne ſoror pia? **I.** Fuit ſane. **M.** Ergo eius anima eſt in calo, in ſede beatorum.

VII. De reditu in vitam.

I. Cras non potero venire in ſchola. **M.** Quamobrem? **I.** Sepeliatur ſoror mea. **M.** Video te nunc hilarem: cur non amplius luges? **I.** Quia audiui, eam aliquando excitatum iri et redituram eſſe in vitam. **M.** Quando? **I.** Die huius mundi extremo. **M.** Interea tamen mortem meditabimur. **I.** Bene mones: nam etiam nos mortales ſumus.

VIII. De extremo iudicio.

I. Cur ita contremiſcis, Martine? **M.** Fulgurat, et mox tonabit. **I.** Meminerimus iudicii extremi: ubi Deus inter fulgura et horrenda tonitrua nos citabit ad tribunal ſuum. **M.** Quem in finem? **I.** Vt ipſi, tamquam ſupremo iudici, rationem reddamus vitæ noſtræ. **M.** Simulabo, me fuiſſe pium. **I.** Pudeat te ſimulationis tuæ, impudens ſimulator! num putas, fieri poſſe, vt Deum fallas? **M.** Agnoſco errorem meum: et, me erraſſe, fateor. **I.** Non ſolum errorem: ſed etiam magnitudinem tuam agnoſce, et exue.

IX. De vita ac morte æterna.

I. Eheu! migravit hinc Chriſtophorus, amicus noſter. **M.** Quorſum? **I.** Ad vitam æternam, deſcriptis corporis exuviiſ. **M.** Quando? **I.** Hodie circa horam ſeptimam matutinam. **M.** Heu! optimum Chriſtophorum! **I.** Recte eum vocas optimum: nam Chriſtum ferebat in animo, vt nomen eius

indicabat. M. Ergo nec dubito, eum frui vita æterna. I. Neq̃ est, quod dubites: pii enim moriuntur beate; sed impii post hanc vitam subeant mortem æternam.

X. De desiderio rerum cælestium,

I. Sequamur Christophorum, Martine. M. Non possum; I. Quidni? M. Dic, quomodo et quorsum? I. In cælum per sancta vitæ cælestis desideria. M. Eum tamen non adsequemur, nec reducemus in hanc vitam aut has terras. I. Neque id tentabimus: sed per sancta suspiria abducemus animum ab huius mundi vanitatibus, vt paratus sit ad beatam mortem. M. Nescio, quando moriturus sim. I. Ideo obseruare debemus dies singulos, quia nos latet vnus. M. Videris mihi esse sapiens. I. Da operam, vt etiam iple sapias: nam *mortem salutariter meditari, est sapere.*

DECURIA SEXTA DE VIRTUTIBVS.

PAVLVS et ARETOPHILVS.

I. De nomine Aretophili.

P. Salue, mi Aretophile! A. Ago gratias: tu quoque saluus sis, Paule! P. O quam præclarum habes nomen, Aretophile! A. Quænam est nominis mei præstantia? vel quid significat? P. Virtutis studiosum seu amatorem. A. Quid est virtus? P. Audio: *nomen virtutis tantum geris, ipsa quid valeat, nescis; quemadmodum de te et tui simili-*

mili;

millibus loquitur *Cicero*, qui tamen nec ipse eius vim intellexit. A. Ergo me doce eam. P. Age docebo te pluribus.

II. De auctore seu fonte virtutum.

A. Unde est aut oritur virtus, carissime Paule? P. A Deo, summo ac perfectissimo bono: ut omnium bonorum auctore, ita etiam virtutum fonte inexhausto. A. Quomodo haurimus ex hoc fonte? P. Per preces, animo Dei dona in se derivante ac sincero: qui etiam ipse Dei donum est. A. Ergo, ut intelligo, extra communionem cum Deo nulla est virtus, nullum virtutis exercitium? P. Recte intelligis: incipis iam sapere per Dei gratiam.

III. De sapientia.

A. Quid vero est sapere? P. Spiritu Dei ita illuminari, ut gustum percipiamus in virtutibus ac in communione cum agnito Deo. A. Quid præterea? P. Nihil. Nam quid præter Deum et illuminatæ mentis virtutes requiris? A. Non requiro quidem: sed tamen scire aueo, ane omnes homines sapiant? P. Paucissimi hominum possident sapientiam. A. Quæ subest ratio? P. Quia Deum non timent: nam timor Dei est sapientiæ initium.

IV. De timore Dei.

A. Quidnam est timor Dei? P. Iam audiisti: sapientiæ initium, immo virtutum omnium complexus. A. Hæc nondum satis intelligo. P. Ergo tibi declarabo. A. Expecto declarationem tuam auide. P. Qui Deum recte timet, is eum vere agnoscit, reuerenter amat et eius iussa exsequitur: atque is voluntati eius sit conformis. A. Ut audio, ardua res est timor Dei.

V. De

V. De amore Dei.

A. Quid est amor Dei? P. Est fructus spiritus ac fidei.
 A. Quid continet? P. Adfectum animi sincerum, qui semper versatur in actione virtutis: hoc est, homo Deum amans, lubenti animo omnia christianismi officia peragit. A. Talem adfectum seu animi habitum mihi opto. P. Deus det eum utrique nostrum.

VI. De tribus virtutibus primariis iuuentutis.

A. Tres sunt virtutes, quæ præ reliquis, ut audiuimus, ornant Iuuenem. Nostine eas, Paule? P. Non noui eas, scire tamen velim. A. Prima est *obedientia*. P. Hanc bene noui. A. Fortasse de nomine tantum. P. Quidnam præstat obedientia? A. Frangit animi pertinaciam, et pueros reddit in omnibus morigeros. P. O præclaram virtutem, meoque fratri, inobsequenti illi, admodum necessariam! A. Adde: et mihi ipsi. P. Cui non potius utrique nostrum? A. Inuocabimus Deum, ut nobis largiatur animum obsequentem. P. Bene mones: sed ita a nobis inuocandus est Deus, ut largienti aut largituro animum patientem permittamus seu offeramus.

VII. De amore veri.

A. Quænam est secunda virtus, pueros præ reliquis ornans? P. *Amor veri*. A. Quid efficit? P. Arcet mentiendi libidinem, mentemque reddit serenam ac sinceram. A. Studebimus huic virtuti: audiui enim, mendaciam esse ex diabolo. P. Recte audiuisti. Nam diabolus est spiritus mendacissimus et pater mendaciorum. A. O quain multos filios habet hic pater! P. Non nego: nec possum negare, quia reclamatione experientia, testis huius rei locuples. A. Vitabimus hoc vitium, ut etiam eius auctorem, satanam, vitemus. P. Sed caue, mi Aretophile, ne mentiaris hac tua promissione. A. Non mentiar, quæ Dei erit gratia: memor dicti Paulini, *deposite mendacio loquimini verum*. Eph. IV, 25.

VIII. De

VIII. De diligentia.

A. Restat tertia virtus ex iis, quarum studium pueris commendatissimum esse debet. P. Hanc facile coniectura adsequar. A. Ergo coniecta. P. Nonne est *diligentia*? A. Est. Rem acu tetigisti. P. Nec mirum est, quia ego sum diligens. A. Sed propria laus forderet. P. Ergone mentiar et discedam a commendato amore veri? A. Nequaquam. P. Mendax tamen essem: si dicerem, me ignauum esse. A. Aliud est ignauiam suam adlegare: aliud, diligentiam iactare. P. Non sum iactor, sed tantum testis diligentiae meae. A. At nescis, testem non valere in causa propria?

IX. De virtutum exemplari perfectissimo.

P. Equis est optimus virtutum omnium magister? A. Christus Iesus, seruator noster. P. Quam ob causam? A. Quis perfectissime ipse praestitit, quod perfecte docuit. P. Ergone solus Christus erit imitandus? A. Omnino: ita tamen, ut eos quoque aemulemur, qui etiam ipsi Christum vere imitantur. P. Utinam omnis vitae nostrae actio sit Christi imitatio.

X. De oppositis vitiis.

P. Quid est vitium, Aretophile? A. Est morbus, immo pestis animi. P. Quomodo pellitur hic morbus? A. Per studium virtutum: nam qui virtutem induit, vitia exuit; qui virtutes amat, vitia odit. P. Quodnam vero vitium est iuuentuti nocentissimum? A. Philautia. P. Ergo huic morbo per Dei gratiam medebimur.

DECVRIA SEPTIMA DE REBUS VARIIS.

VA-

VALENTINVS et HERMANNVS.

I. De horto.

V. Vnde venis, Hermanne? H. Ex horto. V. Quid inde adfers? H. Flores varios. V. Immo fasciculum florum odoratum, vt video: quis eo te donauit? H. Hortulanus, vir probus et mei amantissimus. V. Sed cur non adfers pruna, immo mala et pira? H. Pruna iam comedi: sed reliqua poma nondum maturuerunt. V. De floribus veronumquid cogitas? H. Quidnam? V. Nos sumus instar florum; adeo, vt aliquando de nobis ipsis cum poeta dicere possimus:

Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus.

II. De agro et messe.

V. Quo tendis, Hermanne? H. Eo rus in agrum nostram: vbi sunt mesores nostri, nostraque ancillæ. V. Quid ibi peragunt? H. Mesores metunt fruges, quas deinde ancillæ colligant tomicibus: colligatas vocamus mergites seu manipulos. V. Iam memini egregiam sententiam. H. Profer eam. V. *Vt sementem feceris, ita et metes.* H. Sed sæpe pro bene factis malam messem metimus, vt iudem in prouerbio est.

III. De frigore et igne.

V. Cur non scribis, Hermanne? H. Digni mei rigent frigore: nec est ignis in fornace, vnde museum calefiat. V. Age, excitabimus ignem folle. H. Follis adest, sed lignum deest. V. Ecce lignum: hic est. H. Noui, sed est humidum: arido opus est. V. Cur non sufficit humidum? H. Quia igni admotum nil nisi fumum producit: fumus vero infestat oculos.

IV. De pluuiâ.

V. Cur venis tam sero in scholam? H. Tempestas, cuius transitum expectabam, me retardauit: sicuti heri te remorabatur

batur pluvia. V. Iamne defauit? H. Defauit quidem: sed ab oriente rursus surgunt nubes atræ, pluuiam minantes. V. Immo fortasse imbrem aut nimbium. H. Exspectemus, quid serus vesp̄er sit aduecturus. V. In primis, si suborta fuerit procella.

V. De merenda.

V. Hodie non accipies merendam, Hermanne. H. Quid commisi aut intermisi, cur habear indignus merenda? V. Intermisisti diligentiam in schola. H. Quid hoc ad merendam? V. Permultum: nam merenda nomen habet a merendo: nec datur, nisi bene merentibus aut bene meritis. H. Argute philosopharis, sed in damnum meum. V. Quilibet fortunæ suæ faber.

VI. De equis.

H. Conscendamus hunc equum, Valentine. V. Difficilis est adscensu, immo ferit calcitrando. H. Nos non feriet. V. Comperies. Certe enim hic rufus est audax, sternax et admodum effrenis, qui sesforem suum facile excutit. H. Adducam habenas, quas alii remittunt. V. Ne admittit quidam habenas, sed eas derestat. H. Mittamus ergo equos. V. Bene mones: quid enim nobis est rei aut commercii cum equis, qui sumus studiosi litterarum?

VII. De canibus.

V. Caue, caue, Hermanne! H. Quidnam? V. Canem, et quidem catenarium ad fores. H. Quis eum in me immittet? V. Ille se ipsum. H. Non credo, eum esse rabiosum: non enim latrat. V. Est tamen mordax. H. Projiciam illi lapidem, in eum sauiat. V. Noli eum irritare. H. Abeamus hinc. V. Quorsum? H. Vnde venimus. V. Expecta parumper. H. Non est tempus expectandi, sed properandi: quia vesp̄era ingruit.

VIII. De

VIII. De morbo.

V. Cur frater tuus hodie non erat in schola? H. Laborat morbo. V. Quonam? fortasse pigritia. H. Minime, sed febris. V. Ego heri etiam æger eram capite, quod mihi dolebat: et tamen scholam frequentabam. H. Ego vero sæpe laboro pedibus, qui recusant ire in scholam. V. Sed eunt tamen? H. Omnino eunt: nam timor virgæ etiam inuitos pedes currere cogit. V. Faxit Deus, ut nobis sit mens sana in corpore sano.

IX. De voce et risu.

V. Quid clamas, Hermanne? H. Non clamo, sed tantum clara voce loquor. V. Vox tua non solum clara, sed etiam clamorosa est: quæ hic tantum submissa esse debebat, ne e somno excitetur Fridericus, qui ægrotat. H. Vbi decumbit? V. In proximo cubiculo. H. Remittam vocem, non intendam amplius. V. Ablineamus etiam a risu. H. Omnino, ita decet puerum. V. Subridere, et quidem tempestive, humanum est: sed cachinnum tollere et risu concuti seu effusere, decet neminem, nedum ingenuos pueros. H. Cauebimus igitur, ne quid temere vertamus in risum aut alios irideamus: probe memores versus illius notissimi,

Per risum multum debes cognoscere stultum.

X. De quatuor coniugationibus.

H. Recitasti hodie coniugationes in schola? V. Recitavi, sed tantum primam *amo* et ultimam *audio*. H. Ordo coniugationum non est conueniens scholæ seu disciplinæ: saltem disciplina coniugationes rectius, quam grammatica, ordinat. V. Quomodo ergo? H. Initium facit ab *audio*: certe tamen post *amo* statim collocat *audio*. V. Quamobrem, seu quo sensu? H. Ante omnia oportet *audire* puerum, quid præceptor doceat et moneat; deinde *amare* ea, quæ audiuit, et velle morem gerere ac proficere: aut, si minus, primum amet sapientiam

clam et studia; amor vero exacuat sensum attente audiendi. V. Quid postea? H. Statim legendum frequenter: et discendum libenter. V. Sic *lego* retinet locum tertium. H. Retinet omnino: sed *doceo* suo loco mouetur, et quartum accipit seu ultimum. V. Quæ subest ratio? H. Id postulat natura disciplinæ: nemo enim recte *docere* potest alios, nisi antea diu multumque *audierit* attente, *amauerit* impense et *legerit* seu didicerit quam diligentissime litterarum studia. V. Bene philosopharis in ipsa grammatica. H. Cur vero quatuor coniugationibus præmittitur *sum*? V. Quia *esse* seu *existere* debet in rerum natura: qui *vult audire*, *amare*, *legere*, *docere*.

DECVRIA OCTAVA.

DE

REBUS VARIIS.

ARNOLDVS et NICOLAVS.

I. De via.

A. Quo tendis Nicolae? N. Recta in hortum Friderici. A. Hæc via eo non fert: sed ista satis trita, etsi plaustris inuia. N. Lutosâ illa et accliuâ, nec lapidibus strata? A. Progredere modo alacriter: mox erit decliuâ, arida et satis iucunda. N. Non videtur vero esse compendiaria. A. Est sane, nisi quæsieris diuerticula: hoc est, nisi ab eadem ad dextram vel ad sinistram deflexeris. N. Persequar hunc callem sine errore, gradumque accelerabo.

Dd

II. De

II. De alauda et luscinia.

A. Audiui heri alaudam, veris nuntiam. N. Nonne etiam lusciniam? A. Nondum: hæc enim non veris sed æstatis est prænuntia. N. Vtra vero canit suauius? A. Luscinia: insignis tamen est etiam vocis seu cantus præstantia in alauda. N. Omnino: ideoque nomen habet a laude; laudat enim Dominum, creatorem suum. A. Scita est hæc nominis ratio. N. Nos vero inde discamus, multo magis Deum laudare. A. Id omnino æquum est: dedit enim nobis vocem humanam et articulatam. N. Interea vero gaudeo, appropinquare tempus, quo possumus auium nidos inuestigare.

III. De apibus.

A. Quid edis, Nicolae? N. Panem melle illitum pro butyro. A. Quomodo sapit? N. Dulcissime. A. Quisnam conficit mel? N. Apis: non autem vna, sed plures. A. Vnde illud conficiunt? N. E florum succis. A. Admiranda certe est natura apum. N. Immo admirandum sane artificium est in mellificio. Dicuntur etiam ducere examina. A. Sicut nos in schola nostra? N. Minime, sed nouam progeniem emittunt. A. Quid præterea obseruas in apibus? N. Permulta: sed nunc sufficiet, duo adhuc meminisse. A. Dic quæso. N. Habent aculeum, cuius emissionem nocere possunt cuti: et formant ceras tenaces. A. Age, simus cera tractabiliore.

IV. De ingenio.

A. Salue, Nicolae ingeniose. N. Cur me vocas ingeniosum? A. Quia es ingenio acuto. N. Ego sane nullum mentis acumen in me deprehendo. A. Sufficit, alios id deprehendere. N. Nec tuum ingenium est tardum ac obtusum. A. Falleris, Nicolae: non enim habeo ingenium in promptu, vt cogitando facile possum quiduis adsequi.
N. Cæ-

N. Certe tamen iudicium tibi non deest. **A.** Vnde hoc colligis? **N.** Quod non cares iudicandi solertia. **A.** Crede mihi, Nicolae: si, quod verum est, fatear, neuter nostrum habet, cur se efferat. **N.** Facile tibi desentior. **A.** Ergo nos de nobis sentiamus demisse.

V. De mendacio.

N. Cur heri non fuisti in schola, Arnolde? **A.** Carebam calceis. **N.** Mentiris: nam vidi te ambulantem in foro. **A.** Rogo te etiam atque etiam, ne dicas praeceptor. **N.** Ergo mentitus es. **A.** Fateor, modo praeceptor non resciat. **N.** Deus tamen nouit. **A.** Ille me non cedit virga. **N.** Grauisime erras: noli irritare ad vindictam Deum, seu erum iudicem, cuius virga peccatoribus aliquando erit intolerabilis. **A.** Etiam mendacibus? **N.** Omnino: nam imitantur diabolum, spiritum mendacissimum. **A.** Non mentiar posthac. **N.** Faxit Deus, vt serues promissa.

VI. VII. De furto et mendacio.

N. Vbi et a quo accepisti illum anulum, Arnolde? **A.** Inueni eum in platea. **N.** Quando? **A.** Nudius tertius, quum venirem e templo. **N.** Sed ego illum adhuc heri vidi in digito amicae tuae, Sabinae. **A.** Illa eum fortasse amisit. **N.** Mendacem oportet esse memorem. **A.** Cur me vocas mendacem? **N.** Non solum es mendax, sed etiam fur. **A.** Quid abstuli? **N.** Annulum. **A.** Id vix probabis. **N.** Iam satis probaui: immo tu ipse probasti, seu confessus es. **A.** Quibus verbis? **N.** Credisne, me annulum heri vidisse haerentem in digito amicae tuae? **A.** Id non negabo. **N.** Quando vero tu eum inuenisti in platea? **A.** Ante tres dies. **N.** Ecce mendacem sui immemorem: qui inuenire potest, antequam aliquid amisum est. **A.** Fateor furtum et mendacium. **N.** Sane pudeat te vtriusque: in primis mendacii,

De 2

quod

quod turpissimum a te iteratum est. A. Crede mihi: non solum facti me pudet, sed etiam poenitet atque piget. N. Vt nam serio.

VIII. De ira et odio.

N. Cur irasceris, Arnolde? A. Titius me fuisse percussit. N. Putabam, Titium esse amicum tuum. A. Ex amico factus est inimicus, odio dignus. N. Erras, Arnolde: nam debemus etiam hostes nostros diligere. A. Sed illi nos non diligunt. N. Nec nos Deum amauimus: et ille tamen nos amat impense, ut ipsum redamemus et simul amore completamur inimicos nostros. A. Bene mones: ignoscam Titio, ipsumque amabo.

IX. De animo ingrato.

A. Vnde accepisti nouum istum librum, Nicolae? N. Ab auunculo meo. A. Num ipsi gratias egisti? N. Oblitus sum, nec opus fuit gratiarum actione. Non enim postulauit eam auunculus. A. O ingratum hominem: qui non vult gratias agere, nisi exactas! Fuitne tibi gratus liber? N. Fuit omnino, et adhuc est. A. Vide impudentiam tuam: liber est gratus tibi, tu vero es ingratus erga eius datorem. N. Agnosco errorem ac vitium meum. A. Sed ita illud agnosce, ut emendetur.

X. De maledicentia.

A. Cur tam tristis incedit Valentinus? N. Luit poenam linguae. A. Qualem habet linguam? N. Maledicam, qua conuiciatus est fratrem suum. A. Quomodo? N. Vocauit eum asinum et hominem nequam: reliqua conuicia taceo. A. Fortasse par pari retulit maledictis lacescit a fratre. N. Minime: frater eius neminem solet incensere probis. Neque si illum incensisset, id ipsum excusaret: nam, maledictis et malefactis par pari referre, christiana lege vetitum est.

DECV.

DECURIA

NONA

DE

COENA.

CHRISTIANVS et POLYCARPVS.

I. De instruenda mensa.

C. Sterne mensam, Polycarpe: eamque rebus necessariis instrue. **P.** Iam factum est: sed mappulae manuales sunt immundae; nec satis conueniunt recenti seu mundiori mappae, quam mihi mater suppeditaui e cista. **C.** Haec cura esto matris: modo mundi sint orbes, nec negligatur appositio panis, salini ac poculorum. **P.** Omnia parata sunt. **C.** Cura, vt apponantur cibi. **P.** Ecce, iam adfert famulus ferula. **C.** Mallem ipse esse dapifer.

II. De ciborum varietate.

C. Qualis est hic cibus? videtur esse crudus. **P.** Erras: est coctus seu elixus. **C.** Ego mallem asiam edere. **P.** Quidni et frixum? scilicet pro palato tuo delicato, quod vel sola pulte contentum esse debebat. **C.** Nec tantum mihi est fastidium cibi vilioris, quantum mihi tribuis: non recuso tamen carnem grati succi ac saporis, in primis recentem ac iurulentam. **P.** Cur non etiam fumo induratum, aut muria conditum? **C.** Quia confectum est difficilior et parum habet nutrimenti.

III. De siti ac potu.

C. Fauces meae iam arent siti. **P.** Igitur eas riga. **C.** Nemo est, qui mihi potum ministret. **P.** Esto tibi ipsi minister. **C.** Neque adest cereuisia, nisi admodum tenuis seu

D d 3

se

secundaria. P. Talis potus conuenit pueris, et litterarum studiis: nam cerebrum haud tentat aut turbat. C. Sed accescit. P. Mentiris: est defaecata, bonæ notæ, ac grati saporis. C. Ergo bibam cereuismam, tantopere laudatam. P. Ita vero, ne poculum sine respiratione exhaurias. Desine, desine, Christiane: ut circumagatur seu obambulet poculum, et nobis quoque nostra portio supersit. C. En, capesse.

IV. De fame et edacitate.

C. Cur tam auide voras Polycarpe? P. Vehementer esurio: *fames vero optimum est condimentum.* C. Si esuris, ede: nec vora dissentis buccis, ita ut plenos ac dentibus non comminutos bolos deglurias, et quidem seposito pane; nec tantum cibi in osingere. P. Sed sapit egregie. C. Ergo sedit saporem paulatim, nec te obrue nimia ingurgitatione cibi. P. Morem tibi geram. C. Vide, quam foede te inquinaueris, cibus ex ore deluentibus. P. Abstergam me mappula. C. *Gestus edendi mundus esto atque modestus.*

V. De sale.

C. Porrige salinum, Polycarpe: nam hic cibus insulsus est, seu caret sale. P. Mihi quidem videtur esse præulsus seu nimium habere salis. C. Certe subsulsus est, seu aliquantum habet salis. P. Edamus, desinentes disputare de sale: ne quis vtrumque nostrum iure vocet insulsum, hoc est, sapientiae sale haud conditum.

VI. De ouis.

C. Quanam gallina peperit hæc oua? P. Nostra. C. Illanc, quam heri vidimus ouis incubantem? P. Alia est: Illi vero oua ideo supposita sunt, ut inde pullos excludat. C. Hoc videre gestio. P. Videbis: sed nunc vide, ne fracta testa diffuatur oui albumen cum vitello. C. Tu vero discce, quid

quid significet prouerbiū: *mali corui, malum ouum*. P. Eius sensum tibi explicabo: si mihi exposueris aliud de ouo prouerbiū, nempe *ab ouo vsque ad mala*. C. Hoc est, a cœnæ principio vsque ad finem. Nam apud veteres oua incipiebant cœnam, poma claudebant. P. Certe *non ouum ouo est similius*, quam tu bono interpreti: qui ne quidem eges prioris adagii explicatione.

VII. De aduentu conuiuæ.

P. Accede, Christiane: nondum enim te absente omnia sunt perefā. C. Ago gratias pro inuitatione vestra: fames me non exstimulat. P. Nihilominus adiunge te nobis conuiuiam: et ede, quantum libet. C. Saluete, fautores et amici: bene sit vobis cœnantibus! P. Et tibi nobiscum cœnatura. Occupa hanc sellam aut istam, vbi tibi erit sedes commodior. C. Gratulor mihi de vestra societate et amicitia. P. Et tu nobis es gratus: sed longe eris gravior, si expedito cultro, ipse manum admoueas patinæ. C. Facio, quod imperatis. P. Non imperamus, sed rogamus amicum amice.

VIII. De cancri.

C. Restant cancri, Polycarpe. P. Sed hi tibi non sunt destinati. C. Ex parte tamen. P. Credo equidem, si sciueris prouerbia quædam de cancri. C. *In morem octipedis procedunt omnia cancri*. P. Video te esse doctum, immo doctiorem Sempronio. C. Certe *cancrum lepori comparas*. P. Immo tu doctissimus es. C. Quid iocaris? P. At cur Sempronium vocas leporem, te autem cancrum? C. Absit ista interpretatio, a re ipsa et a mente mea aliena. P. Sed edamus: nam loquentibus nobis dari sunt cancri. C. Aut potius cancelli.

IX. De philosophica temporum interpretatione.

C. Quid didicisti hodie in schola, Polycarpe? P. Quid hoc

hoc ad coenam? C. Permultum: omnis enim coena con-
dienda est aliqua lectionum repetitione. P. Didici ex coniu-
gatione prima *praesens, imperfectum, perfectum, plusquam-*
perfectum et futurum. C. Videris mihi simul philosophari,
Polycarpe. P. Egone? vix credo. C. Sin minus, me au-
di philosophantem. P. En ausculto attentis auribus atten-
taque mente. C. Omne *praesens* in hac vita est *imperfectum*,
nonne? P. Nondum satis percipio mentem tuam: sed per-
ge philosophari. C. Omne *perfectum et plusquamperfectum*
est *futurum*: scilicet in vita aeterna. P. Nunc te intelligo,
philosophe. C. Quae quum ita sint: *praesentibus*, quae *im-*
perfecta sunt, ita utamur, ut frui possimus *perfectis et plus-*
quamperfectis, certo *futuris*.

X. De mensa secunda seu bellariis.

P. Surgamus, Christiane: et adstemus mensae mox cibos
seposituri. C. Exspecta perumper, mi Polycarpe: nam video
in proximo conclavi instrui patinam vuis, pomis et nucibus.
P. Sed non pro nobis. C. Quidni? novi animum matris,
quae nobis raro aliquid negare solet. P. Ergo roga illam de-
misit. C. Exspectandum erit adhuc paullisper, donec appo-
situm fuerit egregium illud ferculum.

DECURIA

DECIMA

DE REBUS COENAM INSEQVENTIBVS.

PAEDAGOGVS et DISCIPVLVS TIMOTHEVS.

I. De cantione.

P. Porrige mihi librum cantionum, Timothee. T. Quem
• in usum? P. Ut canamus: solemus enim precibus, qui-
bus

bus Deo gratias agimus pro cœna, addere vnam atque alteram canticionem. T. Ego nondum possum canere. P. Discendum est, quod nescimus. Ipsi etiam angeli suo exemplo nobis musicam commendarunt. T. Quando et quomodo? P. Nonne audiisti angelicam illam cantilenam: *gloria in excelsis Deo!* T. Probe novi: et operam dabo musicæ, quia tanta eius est præstantia.

II. De lectione sacri codicis.

P. Vbi substitimus heri in lectione scripturæ sacræ? T. In fine capitis quarti sancti euangelistæ Ioannis. P. Vix credideram, te notasse caput. T. Non solum illud notavi: sed etiam plurima, quæ circa illud monuisti, adhuc memini. P. Pergemus nunc ad caput sequens legendum cum epitome præmissa. T. Totumne legam? P. Omnino: et quidem voce clara, tarda atque distincta; mente vero attenta ac pia.

III. De ambulatione.

P. Tempus est eundi cubitum, Timothee. T. Vix audita est hora octava. P. Erras, mox audietur nona. T. Permite quæso, ut vsque ad nonam hic maneam apud matrem. P. Ut discursare possis: novi enim morem tuum petulantem. T. Absit a me omnis petulantia. Tantum meabo paululum: memor sententiæ, quam nuper in schola discebamus. P. Cuius? P. *Post carnem stabis, vel passus mille meabis.* P. Safficere possunt ducenti.

IV. De repetitione.

P. Para te ad repetitionem, Timothee. T. Putabam eam hodie omisum iri. P. Numquam omittenda est: nam crebra repetitio est quasi anima studiorum. T. Nec eam detestabor: non poterunt tamen omnia repeti. P. Neque hoc postulo: sufficiat recognovisse singula summam. T. Non inuenies me imparatum. P. Id experiar.

V. Aliud eiusdem argumenti.

P. Quid retinuisti e lectione sacra? T. Inter alia recordor e Matthæi capite tertio illa Ioannis baptistæ verba: *agite, inquitis, penitentiam; nam appropinquauit regnum celorum.* P. Quomodo interpretatus sum vocem *penitentia*? T. De mentis nostræ immutatione ac renouatione. P. Efficiat Deus, vt experiaris re ipsa, quod nuda tenes notitia. Quid e grammatica et aliis lectionibus obseruasti? T. Per multa, crede mihi. P. Non sum tam credulus, antequam probaueris diligentiam tuam. T. Eam tibi satis probabo.

VI. De precibus vespertinis.

P. Posthac repetamus plura: repetitioni succedant preces. T. Quales? num ex præscriptis formulis, an ex libero animi adfectu verbis citra præmeditationem conceptis seu prolatis? P. Vtinam orare posses modo posteriori, qui sæpe melior est priore. T. Rursus tentabo, sicut alias facere consueui. P. Consueuisti, quod non omnino approbo: non enim consuetudo, sed intimus animi adfectus nos ad preces impellere debet.

VII. De exuendis vestibus.

P. Sine mora exue vestes, Timothee. T. Exuam, vt præcipis: et quidem celeriter, vrgente somno. P. Esto autem simul memor dicti Paulini: *Exuite veterem hominem.* P. Sed quid est homo vetus? P. Homo vetus, vt sæpe audiuisti, est naturæ nostræ labes, a prima nostra origine attracta: hæc magis magisque exuenda est. T. Sed quomodo, in primis sub noctem? P. Ita, vt in conscientie examine exploremus præteriti diei acta, variaque nostra errata: et ea serio emendemus. T. Quomodo autem fit ea emendatio? P. Vera agnitione, demissa deprecatione, et serio proposito emendationis.

VIII. De

VIII. De lecto.

P. Confer te in lectum, tamquam ad letum. T. Quid significat letum? P. Mortem. T. Putasne me hac nocte morituum esse? P. Non quidem hoc arbitror: fieri tamen potest, ut moriaris. T. Ego potius dormiam. P. Sed somnus est mortis imago. T. Fortasse respicis vermiculum: *stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago?* P. Hunc ipse respice, mortemque ac sepulcrum tuum meditare: sic non eris stultus, sed sapiens.

IX. De nocte.

P. Composuistine te ad somnum? T. Vtique me composui. P. Ergo obdormisce: mox exstinguetur candela. T. Sic atra nox me terreat. P. Non habebimus noctem obscuram, sed sublustrem. T. Ego nihilo minus terreor. P. Cape somnum oculis; et timorem Dei, fiducia plenum, animo: sic nullus erit terror tenebrarum.

X. De custodia angelorum.

P. Quid te adhuc iactas in lecto, inquiete? T. Fortasse ducam totam hanc noctem insomnem. P. Qua de causa? T. Metus mihi adimit somnum. P. Quid metuis? T. Tenebras, immo mures et spectra. P. Omitte istum metum, nam vanus est: habes sanctos angelos custodes. T. Vbi sunt: eos non video. P. Nec possunt videri: tamen reuera adsunt, et pro nobis agunt excubias. T. Experiar, an capere possim somnum. P. Quiesce placide. T. Ego tibi quoque, carissime praeceptor, placidam noctem apprecor.

INDEX.